¶ Hic autor cõmendat sctũm Johem rõne custodie x̃ginal' dicẽs (iste). s. Johes q̃ fuit custos (x̃ginis). s. marie sibi in cruce cõmisse a dño. vl' custos x̃ginitatis scz ppie. erat eñ virgo vsq; ad mortem (scribens euangelium demõstrauit). i. manifestauit (mũdo) id est hominibus (archanũ mysteriũ). i. sacrũ secretum (diuine originis) id est emanationis psonarũ in diuinis.

Celi cui palaciũ christus suũ lilium filio tonitrui sub amoris mutui fide commendauit.

¶ Et iste est iohes (cui xps cõmendauit suũ liliũ). i. intimã matrẽ suã que est (palaciũ). i. templũ z habitaculũ celi (cõmendauit) inq; ei tanq; (filio tonitrui). i. altitonanti z alta canenti (sub fide). s. firmissima (mutui amoris) qui erat inter Mariã z Johem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

¶ Notandū beat⁹ Johes dicit fili⁹ tonitrui ꝓpter cōstantiā ꝑdicatōis ⁊ ꝓpter ei⁹ altā ꝑdicatiōem: qz tonitruus ab alto venit sic eius ꝑdicatio. Ūñ canit: vox tonitrui tui de⁹ in rota ⁊c. vel ōz vox tonitrui: qz cōtra diuitias mundi disputauit ⁊ ꝑdicauit: sicut legit in passionali qñ sanct⁹ Johes ꝓtra diuitias mundi disputaret. Juuenis q̄dam mortuus efferebat q̄ triginta dieb⁹ habuit vxorē: tunc amici illius mortui ceciderūt ad pedes beati Johis vt istū in noīe dñi suscitaret flente igit ꝑplo beat⁹ Johannes illū mortuū suscitauit. Ūñ cōtingebat eodē tpe q̄ Johānes habuit circa duos discipulos quos cōuertebat ad fidem ⁊ postea voluerūt q̄ omnē substantiā reliquissent: voluerūt ad gaudia mundi redire: q̄bus mortu⁹ suscitat⁹ dixit: O miseri vidi angelos vestros flentes: demones vo gaudentes: ꝑdidistis eñ eterna palacia gemmis preciosis fabricata: mirabilis claritatis cōtentiua: copiosis epulis referta: delicijs plena: gaudijs gloriosa: in eternū ꝓmansura. Similiter de inferno dixit illis ⁊ declarauit eis octo penas inferni que continent in his metris. Uermes ⁊ tenebre: flagellū: frigus ⁊ ignis. Demoniz aspectus: scelerū cōfusio: luctus. ¶ Pro quo sciendū: q̄ in inferno sūt vermes cōtinue homines rodentes: ideo dicit Esa. Ignis eoz nō extinguetur: nec vermis eorum morit̄. Et sic theologi dicunt q̄ isti vermes sunt ꝓprie conscientie animaz: in quibus cognoscunt q̄ iuste sunt damnati. Secunda pena sūt vmbre ⁊ tenebre exteriores: de quibus habet in euangelio: ⁊ per illas vmbras intelligit cecitas mētis: sic q̄ non possent videre gaudia beatoz de quib⁹ sunt triti. Tertia pena est flagellatio in singulis membris ⁊ precipue in illo membro cū quo grauius peccauerunt. Sed quarta pena est frigus intolerabile. qz dicūt doctores q̄ duo oppositā cōtraria stant simul in inferno. s. maxima frigiditas ⁊ maxima caliditas. ⁊ ideo transibunt de aqua niuea ad calorem nimiū: vt dicit Job Quinta pena est ignis incensus qui nō pōt extingui: vt dicit euangelista: Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in ignem inextinguibilem eijciatis eum: vbi erit stridor dentiū ⁊ fletus oculoz. Sexta pena est aspectus demonū qui est ita horribilis q̄ lingua humana nō potest eloqui: quia sulphur ⁊ pix cum flamma ardente de ore ipsorum procedunt. Septima pena est confusio scelerum: id est peccatorum: qz propria peccata clamant super eos. Octaua pena est luctus: id est clamoris quē indesinenter faciunt. Omnibus istis penis auditis duo discipuli ceciderūt ad pedes sancti Johannis rogantes vt misericordiam consequerentur. quibus dixit: triginta diebus penitentiam agite: et omnium virtutum gratiam accipietis: si in fide constanter volueritis permanere. quod ipsi fecerunt: ⁊ postmodum martyres effecti sunt. ¶ Circa terminos nota: tonitruus tonitrui et tonitruum idem significant: scilicet sonum factum in nubibus. De vtroq̄ patet in libro secundo Metheororum. et ponitur hic in neutro genere sub secunda declinatione. Item mutuus mutua mutuū: est idem quod vicissitudinarius. Inde mutuo aduerbium: id est vicissim.

Haurit virus hic letale vbi corp⁹ virginale virtus seruat fidei. Pena stupet q̄ in pena sit iohannes sine pena bulientis olei.

¶ Hic autor commendat beatum Johānem ratione aliquorū miraculoz Et diuiditur in quinq̄ partes ꝑm q̄ declarat quinq̄ miracula. Primo dicens sic (Hic iohannes euangelista haurit) id est bibit (virus) id ē venenū (letale) id est

mortiferū (vbi) id est in quo haustu (virtus) .i. firmitas fidei sue (seruat) .i. conseruat (corpus) scz suū (virginale) id est incorruptū ⁊ castum (pena) et ipse puni tor domitianus (stupet) id est miratur: ꝙ Johānes (sit in pena (id est doleo (feruentis olei: sed sine pena) id est doloze.

Hic naturis imperat vt ⁊ saxa transferat in decꝰ gēmarū. Quo iubēte riguit auri fuluū induit ẋgula siluaꝝ

(Hic) scz Johannes (imperat naturis) scz rerum (vt transferat) .i. transformet (saxa) .i. lapides (in decus gemmaruz) id est splēdidas gemmas (q̄) scz Johāne (iubente) .i. precipiente: illud (riguit) id est induratum est. ⁊ (virgula siluaꝝ) id est virga lignea (induit fuluū) splendorem scz auri. ¶ Notandū circa litterā expositam tanguntr tria miracula. Primū est veneni assumptio. Scōm est feruētis olei euasio. Tertiū est specierum transmutatio. De primo legit in passionali: Cum beatus iohānes rediret ab exilio ⁊ verbum dei ꝓdicaret a ꝓconsule inuitabat vt dijs immolaret: q̄ dum renuueret in carcerē mittebat ⁊ venenū preparabat: quo mediante Johannes interficeret: qui dum gustasset ẋtute dei cooperante sibi non nocuit: sed duos alios gustantes interfecit: de quo infra dicet: qō dum vidisset ꝓconsul misit litteram ad Domitianū imperatorem in qua sanctū Johannem magum ⁊ sacrilegū iudeorum cōtemptorē ⁊ crucifixi cultorem nominauit. iussu igitur Domiciani romam adducebat: vbi oēs capilli eiꝰ ꝓ derisione abradebantur: ⁊ ante portam vrbis que latine dicit in doleo feruentis olei mittebat: nullū tñ dolorē sensit: sed illesus exiuit. In isto ergo loco a christianis ecclia fabricabatur: ⁊ illa dies tanq̄ dies martyrij solennizat. ⁊ hoc tangitur in secunda parte huiꝰ sententie cum dicit (pena stupet ⁊c.) Scz ꝓ tertia pte est sciendū dū beatus Joh. duos iuuenes ad fidem xpi cōuertit ⁊ erogauerūt bona sua pauperibꝰ beatū Joh. secuti sunt. q̄ quadā die viderunt suos subditos ⁊ cognatos preciosis indumentis indutos ⁊ seipsos egentes ceperunt cōtristari: qō cū btūs Jo. considerasset ⁊ eos facie tristes vidisset virgas ⁊ lapides iussit auferri quos vel quas in aurū ⁊ in gemmas p̄ciosas cōuertit dicens illis iuuenibꝰ. ite ⁊ redimite vob terras quas vendidistis: quia celestia p̄mia p̄didistis: estote diuites temporaliter vt imppetuū mendicetis: ⁊ cōtinue subiunxit: O stulti ⁊ praui ad credendū: nō videtis ⁊ creditis si diuitias mundi velle acceptare omnes lapides ⁊ montes in purū aurum virtute dei possem transmutare: ⁊ hoc est qō tangit tertia pars: cū dicit (Hic naturis imperat) qō est cōtra naturales q̄ dicūt ꝙ impossibile est aliquā speciem transmutare in aliā. Verum est virtute humana ⁊ finita: sed virtute infinita ⁊ supnaturali est possibile. Vñ pbus: Gaudeant alchemiste: qm̄ spēs rerum transmutari nō possunt. Et statim cū eis bea. Johes ad locū pcenit vbi mortuū suscitauit: q̄ eis gaudia celoꝝ ⁊ tormenta damnatoꝝ enarrauit: quibꝰ auditis in fide pmanserunt: vt dictū est in precedenti sententia. ¶ Pro declaratione termino nota. Haurio significat ꝓprie aquā trahere de fonte. ⁊ est ẋbum quarte cōiugationis. ⁊ transmutat hic ꝓ sumere. ⁊ differūt haurio ⁊ aurio. vñ Haurio fontis aquas: haustus quoq; ōr inde. Aurio pcutiens: auriga ōr inde. Haurio sumit aquas: aurit q̄ vulnerat hostes. Item virus est nomen neutri generis: ⁊ ꝑcat venenū. Item letale dicit quasi mortale. Unde letum ti: est nomen neutri generis substantiuū carens plurali numero. ⁊ sic sumit Catho: Linque metum leti: nam stultū est tempore oēm. Qui mortē metuit amittit gaudia vite.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

et significat mortē. Inde letatus.i.mortuꝰ. Inde hic ⁊ hec letalis ⁊ hoc letale.
Item no.in secūdo versu ponit̄ ter pena. Primo eñ significat penā inferentē scz domitianū. Scdo significat penarū instrumentū.s.feruēs oleum. Tertio ponitur ꝓprie ꝓut significat dolorē. Item buliēs est participium huius verbi bulio.⁊ differūt ĩter se bulio blictro ⁊ biblio.vñꝰ. Olla bulit: vinū biblit: ceruisia blictrit. Itē fuluꝰ a um.idē ē qđ splēdidꝰ ⁊ significat ꝓprie splēdorē metalloꝝ.

Hic infernū reserat morti iubet vt referat.quos venenū strauit.Obstruxit qđ ebeon cherintus ⁊ marcion ꝑfide latrauit.

¶ Hic autor declarat mirabilia a beato Johāne facta:⁊ dicit(Hic) Johannes(reserat) id ē aperit:recludit(ĩfernū) in quo erāt.⁊(iubet).i.precipit.s.p̄dicādo rectā fidem.s. diuina virtute(morti vt referat) id est reducat.s.eos (q̄s strauit)id est interfecit(venenum ⁊ obstruxit)id est destruxit.s.illud (qđ ebeon cherintus ⁊ marcion)qui fuerunt tres heretici(latrauit) instar canis clamauit scz quilibet eoꝝ (ꝑfide).i.cōtra fidem. ¶ Notādū in p̄mo versu distinctim tanguntur tria.s.inferni reseratio:mortis obediētia:⁊ mortuoꝝ resuscitatio.de primo dicit̄ in littera:hic infernū reserat.qđ tñ est cōtra iura infernorū:qꝛ ex sacra scriptura habemꝰ ꝙ in inferno nulla est redēptio. Sed sanctus Johānes illos iuuenes veneno interfectos ⁊ dānatiōe deputatos liberauit:⁊ illas animas corporibus suis reddebat.qđ ꝓ magno miraculo reputat̄. De scdo đr in Ps̄. Nūquid mortuis facies mirabilia:aut medici suscitabūt ⁊ ꝯfitebuntur tibi: qꝛ dicit ꝙ post resurrectionē xp̄i mors tantā habuit potestatem:vt raptos ⁊ morti deditos reddere nō haberet.tamē beatꝰ Johānes v̄tute diuina morti p̄cepit vt duos iuuenes iam raptos redderet.qđ miraculū videt̄ esse ꝯtra ph̄m in postpredicamētis vbi đr: impossibile est a p̄uatione venire in habitū.quasi dicat. impossibile est s̄m cursū naturalem reuenire de morte ad vitam. De tertio legit̄ in passionali. Postq̄ beatꝰ Johānes venenū gustauit ⁊ illesus euasit:ꝓconsul estimauit hoc venenū nō fuisse satis efficax duobꝰ iuuenibꝰ dedit gustādum:q̄ dum gustassent mortui sūt quos beatꝰ Johānes a morte resuscitauit: ⁊ hoc fecit duplici de causa. Primo ne sanctꝰ iohānes videretur esse causa mortis ipsorū: qꝛ ꝓpter euasionē suam ipsi fuerūt veneno interfecti. Scdo vt fides catholica ꝑ eoꝝ resurrectionē ꝯfortaret̄. Itē no.dū beatꝰ iohānes venit de ephesum inuenit q̄sdā hereticos q̄ fecerunt se tanq̄ p̄ncipes honorari.s.ebeon cherintū ⁊ marcion.ab ebeon dicti sūt heretici ebeonite sic nūcupati a pauꝑtate.xp̄m eī ꝑfectū viꝝ ⁊ iustū putāt. Vñ cōpetēt̄ tales ebeonite a pauꝑtate ĩtelligētie sūt appellati.vt vult Isid̄.in li.ethi. Hi eñ semi iudei sunt:⁊ ita tenent euangeliū vt legem carnalit̄ seruāt. Sz alij cherinthi quidā heretici a cherintheon nūcupati venerūt inter cetera circūcisionem obseruāt:⁊ post mille ānos in voluptate carnis futura predicāt. Sed a marcion quidā heretici marcioniste sūt appellati. Qui cerdonis dogmata secuti alteꝝ bonum alterum iustum deum asserūt tanq̄ duo principia creatoris ⁊ bonitatis:illi heretici plura ydola ad sacrificandū statuerunt: q̄ sanctus iohānes destruxit:immo demones inclusos ad hoc coegit ꝙ omnia ydola in partes minutissimas cōfregerūt. ¶ Circa litteram nota ebeon cherinthus ⁊ marcion sūt ꝓpria nomina hereticorū:quorum vnum est secūde declinationis ⁊ alio duo tertie. Item strauit idem est ꝙ interfecit. Unde sterno est verbum trā-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

sitiuum ꝛ significat plura. vñ Sternitur equiuoce mare lectus asellus ꝛ hostis. Sed perfide est aduerbium qualitatis.

Volat auis sine meta q̄ nec vates nec ꝓpheta euolauit altius. Tam implenda q̄ impleta nunq̄ vidit tot secreta purus homo purius.

¶ Hic autor cōmēdat Johannē de visione ꝛ reuelatiōe diuine maiestatis. Et diuiditur in duas ptes. In ꝑma facit qđ dictus est. In scđa dirigit petitionē ad beatū Johannez Scđa ibi: dic dilecte ꝛc. Prima ps adhuc diuidit in duas partes. In ꝑma cōmendat beatū iohannē ratiōe visionis. In scđa ratione celestis annūciationis. Scđa ibi: sponsus rubra veste ꝛc. Dicēs ꝑmo sic. Jobes cuā geliſta. s. existēs (auis) cōparat cm̄ aq̄le (volat). s. ingenio suo (sine meta) id est termino. ꝛ sic sine meta (q̄ nec vates). i. gentilis ꝓbs vel sacerdos (nec ꝓphe ta) scz iudeorū (euolauit altius) q̄ ipse (nunq̄ hō purus) qđ dicit ꝓpter xp̄m qui nō fuit purus hō: sz ꝛ de⁹ (vidit puri⁹). i. min⁹ ꝑmixte (tam implēda). i. futura (q̄ impleta). i. ꝑterita. ¶ Notandū q̄ aquila est quedā auis altissimi volat⁹: vt habet in paruis naturalib⁹: ita q̄ nulla auis pōt se altiori volatu ad celū erigere sicut aquila: quare sctūs Johānes merito assimilat aq̄le: qz null⁹ euāgelistaruz tam ꝓfunde in deitate cōscripsit sicut ipse. Etiā beat⁹ iohānes assumilat aq̄le ꝓpter magnā charitatez quā de⁹ habuit ad sanctū iohannē. vñ ꝑm ꝓbm: nullū volatile tā ardenť amat fetū suum sicut aquila. ꝛ sic etiā inter oīes sctōs null⁹ fuit deo ita dilect⁹ sicut btūs iohānes. Ad cōmēdatio ipsi⁹ legit ōrto libro scholastice hystorie. q̄ beat⁹ iohānes quendā iuuenē pulchrū ꝛ velocē q̄uertebat ꝛ cū cuidā epō sub depositi noīe cōmendauit. Post hoc iuuenis derelinquēs epm̄ factus est ꝓnceps latronū. Postea beat⁹ iohānes redīēs ad epm̄ depositū suum requisiuit. Eps ītellexit se pecuniā seruādā recepisse: ꝛ vehemēter obstupuit. Cui beat⁹ iohānes ait. Juuenē istū repeto quē tibi sūmo studio cōmisi. Cui eps ingemiscens ait mortu⁹ est. Cui beat⁹ Johānes: qua morte obijt. Rndit: morte aie xp̄o mortu⁹ est. Quo audito apl's grauiť dolēs equum ascendit visitās locū vbi iuuenis cū latrōib⁹ esset. Juuenis ꝟo vt vidit beatū iohānē velociť fugit. Cui btūs iohānes dixit exclamādo. fili vt qđ fugis: ne timeas fili qz ꝓ te xp̄o rōnem reddā ꝛ certe ꝓ te libēter moriar: sicut xp̄s ꝓ nobis mortu⁹ ē. reuertere ḡ: qz de⁹ misit me vt te ad fidē vocarē. Q̄ audiēs iuuenis cōpunct⁹ est corde cū fletu rediit: ꝛ orante ꝓ eo apl'o veniā impetrauit. Jtē notanť dicit in lr̄a: pur⁹ hō ꝑpter xp̄m in q̄ nō erat pura humanitas: sz deitas hūanitate ꝓiūcta q̄ etiā tā secreta ꝛ mlta maiora cognouit. ¶ Pro termīs ē sciēdū. vates nomē tertie declinatiōis cōis gn̄is deriuatū a ꝟbo deponētali vaticinor aris: qđ significat futura ꝑdicare. Sed alti⁹ ē aduerbiū cōparādi cōparatiui grad⁹. Jtē implēda ꝛ impleta sūt participia hui⁹ ꝟbi impleor. Sed tot est nomē indeclinabile oīnis generis pluralis numeri tantū.

Spōsus rubra veste tect⁹: vis⁹ ꝛ ñ ītellect⁹ redit ad palaciū. Aq̄lā ezechiel spōse misit q̄ de cel'o referre mysteriū.

¶ Hic autor cōmēdat beatuz Johānē rōne cuiusdā annunciatiōis ꝛ introducit aliqualiter materiā ascēsiōis xp̄i: ꝛ dicit (Spōsus). i. xp̄s q̄ ē sponsus ecclesie catholice (tect⁹)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

l. amictus (veste rubea) .i. rubea p aspersionē sanguinis sui p̄cios⁹ (visus) scz ab angelis vel ab hoibus (ꝛ nō intellect⁹) .i. cognitus .s. ab eis (redit) .s. p ascēsionem suā (ad palatiū) .s. celi (q̄) pro ꝛ (misit sponse) scz sue ecclesie orthodoxe (aq̄ lam ezechielis) .i. sanctū iohannē (de celis referre mysteriū) scz ascensionis sue. Notandū q̄ in littera dr sponsus rubea veste ꝛc. Ubi nota qñ xp̄s ascendit in celum cū multitudine angelorū erā cum magna preda hominū ascendit. vñ p̄s. Ascendisti in altū cepisti captiuitatē. In tali ascēsione sponsus fuit tectus rubea veste: qr rubrū fuit indumentū eius. de quo dr infra. Etiā minores angeli fecerunt interrogationē a maiorib⁹ dicētes. Quis est iste q̄ venit de edon tinct⁹ vestibus de bosra. Ubi dicit glosa q̄ quidā angeli nō intellexerūt plene mysteriū incarnationis: passiōis ꝛ resurrectiōis xp̄i. Cū enī dicit videbāt xp̄m potenter ascendere admirātes dixerūt. Quis est iste q̄ venit de edon. Sed Diony. in li. celestis hierarchie vult dicere q̄ christo ascēdente tres q̄nes ab angelis facte sunt. Primā fecerūt angeli maiores iter se dicētes. Quis est iste q̄ venit de edō admiratiue. Secām ipsi fecerūt xp̄o ascendente: quare rubrū est indumentū tuum .i. corpus tuū sanguine cruentatū. Illis xp̄s rndit di. Torcular calcaui solus id ē p toto mūdo solus patiēs sanguinē meū fudi. ꝛ hoc autor tangit in lr̄a cū dicit, Sponsus rubea veste ꝛc. Tertiā questionē fecerunt minores angeli maioribus dicētes. Quis est iste rex glie: q̄ bus maiores angeli dixerūt: Dñs virtutū ipse est rex glie. Et statim subiunxerūt: hic est ille q̄ nō habet speciem neq̄ decorem infirmus in ligno: fortis in prelio: virilis in corpore: armat⁹ in p̄lio: fetidus in morte: pulcer in resurrectiōe: candidus ex virgine: rubicūdus in cruce: fust⁹ in opprobrijs: in celo xp̄o p̄clarus. Itē autor dicit in lr̄a. aquilā ezechielis: quia alios ꝓphetas ꝓphetias cognouit ꝛ toti mūdo manifestauit. ¶ Circa litteram nota. q̄ rubea est nomē feminini gn̄is. Itē tectus est ptic̄ipium ꝑteriti temporis a verbo tego. Item visus est ꝑterū a video. Itē referre est infinitiu⁹ a refero. Sed mysteriū est nomē neutri generis.

Dic dilecte de dilecto ꝛ qualis sit ex dilecto sponsus sponse nuncia. Dic quis cibus angelorum: que sūt festa supernorū de sponsi presentia.

¶ Hic autor dirigit petitionē ad be. Johannem euāgelistam dicēs: O (dilecte) iohānes (dic nobis de dilecto) .s. dño tuo xp̄o iesu (qualis sit) .s. q̄ ad vtrāq̄ ei⁹ naturā (ꝛ nūcia) nobis. tu q̄ es (sp̄ōsus sp̄ōse) scz beate virginis marie. (ex dilecto) scz domino tuo qui eam tibi commisit (dic nobis quis sit cibus) scz spiritualis refectio (angelorum) et dic (que sunt festa) .i. solēnitates ꝛ festiue celebrationes (supernorum) scz ciuium (de presentia sponsi) id est christi.

Ueri panis intellectus cenaz christi supra pectus sumptaz nobis resera. Ut cantemus de patrono coram agno coram throno laudes super ethera. Amen.

O beate iohānes (resera) .i. manifesta (nobis cenaz intellectus veri panis) id ē viuifici corporis et sanguīs domini nostri iesu christi (sumptam) id est acceptam et intellectam scz dormiens supra pectus xp̄i (vt cantem⁹ sup ethera) .i. celum (laudes de patrono) .i. de te q̄ es

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

patronus. i. anteceſſor (corã agno). i. chriſto q̃ eſt agnus dei tollens pctã mundi (t corã throno) id eſt ſede diuine maieſtatis Amen. Notandũ q̃ autor ponit in lra triplicẽ queſtionẽ a ſctõ iohanne. Primo querit̃ de myſterio incarnatõis cõtra curſũ nature ex pura ỽgine. De iſto ſcribit btũs Amb. q̃ nec angeli nec dyaboli myſteriũ incarnatiõis cognouerũt. Mã de ſpũſancto xp̃s in vtero virginis cõcept⁹ eſt. Unde ſm doctores dicit̃ q̃ xp̃s poſt reuolutõnẽ tempoꝝ die ſue incarnatiõis plura bona operat⁹ eſt: vt patet in his metris ſcz: Salue feſta dies que crimina noſtra coberces. Angelus eſt miſſus: eſt paſſus in cruce xp̃us. Eſt adam factus eodem tpe lapſus. Nos meritũ decuit cadit Abel fratris ab enſe. Offert melchiſedech: iſaac ſupponit̃ aries. Eſt decollat⁹ xp̃i baptiſta iohannes. Petrus erept⁹ Jacob⁹ ſub herode punit⁹. Corpora ſanctoꝝ cũ xp̃o multa reſurgunt. Latro dulce tñ p xp̃m ſuſcipit amen. ¶ Secũdo nota: autor in littera petit nobis manifeſtari gaudiũ ſanctoꝝ de p̃ſentia dei: de quo dicit btũs Hieroñ. Melius eſſet ſore in ꝓfundo inferni t habere aſpectũ ſancte trinitatis q̃ regnare in celo t carere p̃ſentia dei. Uñ tanta eſt leticia ſctõꝝ de p̃ſentia dei q̃ nec pater noſcit filiũ nec filius patrẽ. Sup iſto ỽbo dicit b. Grego. Si aliquis ſctõꝝ videret p̃ſentiam dei in celo t ſciret patrẽ ſuũ damnatũ in inferno t poſſet eũ liberare cum iſto q̃ ſemel dimitteret ſeu auerteret oculos a facie dei ad infernũ reſpicidо patrẽ: vtiq̃ non faceret. Ergo dicit beatus Bern. Nemo põt fari nec ſcribere nec ꝑmeditari gaudia iuſtorum: ſic t tormenta malorum. ¶ Tertio nota autor petit declarationẽ ſacramenti qõ nobis in ſpecie panis t vini eſt derelictũ. et de tali ſacramento loco ſuo ſcz in ſequentia de corpe xp̃i plenius dicet. Item nota doctores dubitant vtrum ſanct⁹ Johannes obijt vel migrauit cũ corpore vel ſine: Dicunt q̃dam q̃ abijt cũ corpore t aĩa in celum t eſt aſſũmptus corpore tamen prius glorificato: t iſti dicunt plura corpa ſanctoꝝ iam glorificata eſſe in celo. t probant hoc ex iſto: quia multa corpora mortuorum iam conſurrexerunt cum chriſto: ſic etiam aſcenderunt cum chriſto de quibus non dicit ſcriptura q̃ ad terram redierunt. Sed eodem modo ſicut conſurrexerunt cum chriſto: ſic etiam aſcenderunt cum eo: tamen corporibus eorum pri⁹ glorificatis. Et hoc non videtur impoſſibile apud deum: quia iſte diſcipulus pre ceteris ſanctis fuit a deo dilectus: ergo cum corpore et anima in celo eſt locatus. Q; autem abijt cum corpore declaratur ex eo q̃ in ſepulchro eius nihil niſi manna fuit inuentũ Item ſi corpus eius eſſet relictum ſuper terram vtiq̃ eſſet aliqua gratia querenda de eo: ſicut videtur de corporibus aliorum apoſtolorũ martyrum. Sed Damaſcenus dicit q̃ beatus Johannes morte naturali nunq̃ obijt. Sed corpore et anima poſitus eſt in paradiſo voluptatis vbi mille anni ſunt ſibi tanq̃ vna dies. Sed debet ibi manere cum Enoch t Helya vſq̃ ad tempus antichriſti. Et poſtq̃ enoch t helyas fuerint occiſi ipſe beatus Johannes reliquos predicatores debet confortare: t contra antichriſtum diſputare t tandem martyrij palma coronari. hoc probatur ex euangelio vbi chriſtus dixit ad petrum: ſed ſic eũ volo manere donec veniam. Et eſt probabile: q̃uis aliqui aliter opinanꝫ dicentes: animam beati Johannis eſſe in celo t corpus per angelos deductum in paradiſum ne execution̄e iudeorum dilaniaretur. Sed quid ſit verius noſcit ſcrutator cordium. ¶ Pro declaratione terminoꝝ nota: Qualis eſt nomen cõis generis: relatiuũ t interrogatiuũ qualitatis: Inde qualiter aduerbiũ. t hec qualitas tatis tc̃. Item panis dr a pan in greco quod eſt totum in latino: quia tota virtus nutrimenti conſiſtit in pane.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Laus tibi christe patris optime nate deus omnipotentie.
Quem celit⁹ iubilat super astra manentis plebis decus armonie. Quē agmina infantium sonoris hymnis collaudant etheris in arce.

¶Istud est canticū qđ cantat ad honorē dei ⁊ ad reuerentiam martyrū innocentū. In q̄ autor duo facit. primo refert grārūactōnes. Scđo dirigit petitionē ad deum. scđm ibi: Quor̄ p̄cib⁹ ⁊c. Prima ps adhuc diuidit in duas ptes. In p̄ma pte refert deo grārū actiōes. In scđa incidentalit ostendit martyriū innocentū scđa ibi: Quos impius ⁊c. Prīo dicit sic (O xp̄e optime nate). i. fili patris eterne exist̄s (de⁹ oīpotentie). i. oīpotēs (laus) scz sit tibi (quē) scz xp̄m (decus). i. veneratio (armonie). i. dulcis cant⁹ vel cōsonantie (plebis manentis). i. exñtis (sup astra). i. tota curia celesti (iubilat). i. cū iubilo (celit⁹). i. celico more (quē agmina) id est turba (infantiū) scz innocentū (collaudant). i. simul laudant (sonoris). i. bene sonantib⁹ (hymnis). i. cantibus (in arce). i. in celsitudine (etheris) id est celi. ¶Notandū q̄ autor in lr̄a duo facit: p̄mo cōmendat deū: scđo refert grārūactiōes. Quantū ad p̄mū autor cōmendat deū dupliciter. Primo cōmendat deū de oīpotentia sua: q⁹ dicit deū oīnipotentem: iurta illud sacre scripture Hester. xiij. Dñe in tua dittione vniuersa sunt posita: ⁊ nō est qui resistere possit tue voluntati: hoc idē ꝑpendens bea. Hze. di. Dñe ieſu xp̄e tuā potentiā nobis declara peccatis nr̄is parcendo ⁊ nobis maxime miserando. Scđo cōmēdat deum rōne mirifice laudis: q̄re hortat nos bea. Berñ. di. Dñe opus tuū ⁊ oīnes cogitatiōes in laudē dei expende: q⁹ ipse est tributor omniū bonor̄. Item in p̄uerb. Nullū malū impunitū: nullū bonū irremuneratū. Añ alibi ꝑuerb. xj. nil ꝑfuerunt thesauri iniquitatis: iusticia x̄o liberauit nos a morte. ¶Secūdo nota. ibi refert grārūactiōes. de quo dicit Berñ. Dignū est nobis semp gratiarūactiōes deo reddere q̄ nunq̄ cessat nobis bñfacere. oīni eīn tpe nos cōseruat ipsius inestimabilis misericordia. al's ꝑpter pctā nr̄a terra nos viuos absorbuisset ideo gratiarūactiones agere debem⁹ ꝑ oīnib⁹ bñficijs datis ⁊ daturis. Item alibi: Disce in referendo gr̄as nō esse tard⁹ ⁊ segnis: disce ad singula dona gratias agere diligenter. nā gr̄arūactio est vnguentū q̄ caput eccl'ie. s. xp̄s inungit Añ bea. Berñ. bonū est vnguentū cōtritiōis: qđ de recordatiōe pct̄or̄ conficit melius est vnguentū deuotiōis qđ fit de recordatione bñficij dei. ¶Item nota. isti sanctissimi tyrones de quib⁹ cantat hoc canticū dicunt innocentes ꝑp̄t q̄ttuor. Prīo rōne vite: q⁹ nullū pct̄m cōmiserūt. vñ ipī sunt illi de q̄b⁹ p̄s dicit: Innocētes ⁊ recti adhe. mihi. Scđo dicunt innocētes rōne pene: q⁹ innocent̄ passi sūt. vñ p̄s. Effuderūt san. inno. Tertio dicunt innocentes rōne cause: q⁹ ꝑ innocentia occisi sunt. vñ p̄s. Innocēs ma. ⁊ mū. cor. Quarto rōne innocētie assecute: q⁹ oīnes tam circūcisi q̄ nō circūcisi effusione sui ꝑp̄ij sanguinis ꝑ xp̄o innocēte effusi baptismalē innocentiā meruerūt. vñ xp̄s in p̄s. dicit in figura. Lauabo inn̄ inno. ma. me. Circa declaratōnē terminor̄ nota: celit⁹ est aduerbiū loci deriuatū ab hoc noīe celū. Jñ celigena cōis ge. i. de celo genit⁹. Jtē armonia ōr debita ꝑportio p̄mar̄ q̄litatū: ⁊ sumit hic ꝑ melodia. Item sonor̄ est nomen adiectiuū a x̄bo sono as. Jtē etheris ōr supior regio aeris: ⁊ sumit qñq̄ ꝑ celo: sicut hic: ⁊ ōr ab etheron. i. varīū: q⁹ est ornatū varijs stellis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

De Innocentibus

Quos impius ob nois odiũ tui mi-
sero vulnere strauit. Quos pie nũc
remuneras in celis christe ꝑ penis
nitide. Solita vsus gratia: qui tuos
ornas coronis splendide.

¶ Hic au. oñdit incidentaliꝫ martyriũ innocentuꝫ: ⁊ dicit (Quos) scz innocẽtes (impius). i. infidelis ⁊ crudelis herodes (strauerat) id ẽ occiderat (ob). i. ꝓpter (odiũ tui nominis) scz xp̃i (strauit inq̃ misero) miserabili vulnere (&s) scz infantes pueros o xp̃e (tu remuneras). i. iustã mercedẽ tribuis nunc (pie). i. clementer (⁊ nitide). i. splendide (ꝑ penis). s. ab herode passis: ⁊ hoc dico (vsus). i. vtens: nomẽ ꝑticipio (solita). i. cõsueta (gr̃a). i. miscõia (q̃) scz xp̃s (ornas tuos) scz famulos (splendi de coronis) scz regni celestis. ¶ Notandũ q̃ nato dño tres reges venerũt hierosolymã inquirentes regẽ natũ: qõ ꝓcipiens herodes ascolonita turbat⁹ est valde cũ esset rex hierosolymis timuit se ꝓ regẽ natũ scz xp̃m a regno suo depmi. ⁊ sic cogitauit interficere xp̃m añq̃ inciperet regnare. ⁊ sic dixit regib⁹ fraudulẽter: Jte ⁊ interrogate diligenꝫ de puero: ⁊ cuꝫ inueneritis eũ nũciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eũ. Sꝫ tres reges cũ in somno rñsum ꝓceperũt: ꝓ aliã viã reuersi sunt in regionẽ suã: qõ videns herodes de ncce pueroꝝ q̃ erant in bethleem deliberauit: vt cũ eis ille quẽ ignorabat occideret. Sꝫ monitiõe angeli facta: Joseph cũ puero ⁊ matre in egyptũ fugit vbi septem annis vsq̃ ad obitũ herodis pmansit. Ingrediente aũt dño in egyptum ſm vaticiniũ Esa. oñia idola corruerũt. Eo tpe herodes misit seruos suos ⁊ occidit oẽs pueros q̃ erant bethleem ⁊ in offib⁹ finib⁹ circũiacentib⁹: ⁊ erant in numero centũ ⁊ q̃ttuor milia. Jtẽ nota q̃ hec malicia herodis nõ mansit impunita: vñ ipe puulũ filiũ ad nutriendũ in bethleem ipso casu dederat: q̃ cũ alijs interfectus fuit. vt q̃daꝫ refert cronica. ⁊ q̃ multas filijs ꝓuauerat: ipse ī vita sua se ꝓprijs orbauit filijs. Tres nanq̃ pueros fecit occidi: ⁊ tandẽ in infirmitate terribili positus ⁊ dolore viscerũ intolerabili simul cũ fetore ⁊ putredine sui corpis vermib⁹ scaturientib⁹ de carne sua existente fetidissima miserabiliꝫ vitã finiuit. ¶ Pro terminis no. ster no est Xp̃o trãsitiuũ: ⁊ hꝫ strauit in ptõ ⁊ stratũ in supino. Jtẽ nitide est aduerbiũ qualitatis: ⁊ deriuat a noie nitid⁹ qõ idẽ est qõ splendid⁹. Jtẽ solitus a: um. i. cõsuetus: ⁊ est nomen adiectiuũ deriuatũ a Xbo soleo. Jtem vsus est participiũ ꝑteriti tꝑis deriuatũ a verbo vtor eris.

Quorũ ꝑcib⁹ sacris dele ꝑcamur pie
nostra crimina vite. Vt quos laudi
bus tuis iunxeras nobis istic dones
clemẽs fauere. Illis eterne dans lu-
men glorie. Nobis terrena concede
vincere.

¶ Hic au. dirigit petitionem ad xp̃m: ⁊ diuidit in duo. Primo dirigit petitionẽ. scõdo dat cãm petitiõis. scõm ibi: Vt liceat serenis di. (Quoꝝ). s. innocentũ (ꝑcib⁹ sacris). i. interuentiõib⁹ vel ꝓ eoꝝ sacras ꝑces (ꝑcamur). i. petim⁹ (dele). i. dimitte (pie). i. clementer (crimina). i. pcta (nr̃e vite). i. ꝓ vitã nostrã commissa (vt indifferenter dones). i. cõcedas (clemens). i. clementer. s. illos innocẽtes (fauere). i. fauorabiles nobis esse (istic). i. in celo (quos iunxeras). i. associaues

ras vel fixeras (vt alijs placet) id est astrinxeras tuis laudib⁹ (dans illis) scz in nocentib⁹ (lumen eterne glorie cōcede nobis vincere). i. superare (terrena) id est temporalia. ¶ Notandū in littera ista tria inueniunt. Primo ꝑsona. scdo petitionis effectus. tercio meritū respectu cui⁹ fit petitio. ꝑmū tangit cum dicit: ꝑcamur. scdm tangit cum dicit: dele crimina: tertiū ibi: in quoꝝ ꝑcib⁹. De ꝑmo dicit Ansel. Petentium voces pro desiderio formantur. Ex quo patet ꝙ petens debet bene viuere et cuz desiderio petere. Unde multi sunt qui prolixas preces habent ad deum: sed vitam ⁊ desideriū precantiū non habent. vnde Isid. Qui a preceptis dei vertit: qd in oratione postulat non meret nec impetrat ab illo q̄ poscit qui legi non obedit. Unde volenti petere duo sunt necessaria. s. ieiunium ⁊ elemosyna. Unde Isido. Qui vult orationem suam volare ad celum faciat ei duas alas. s. elemosynam ⁊ ieiunium. Secundo tangit effectus petitiōis. Und quicunqꝫ vult habere bonum modū orandi debet desideriū diligēter ponere in deum: vt patet ꝑ descriptionē orationis. Unde oratio est pius mentis affect⁹ ad deum directus: ille affectus est desideriū: ⁊ desideriū est oratio. Itē dicit Aug. Oratio est mentis conuersio in deum ꝓpter humilem affectū. vñ Bern. Vera citer orare est amaros cōpunctionis gemit⁹ ⁊ nō ꝟba cōposita resonare. Unde Qui vult orare cum deuotione ⁊ cū deo esse: debet frequenter orare: nā cū oramus cum deo loquimur: cū aūt legim⁹ deus nobiscum legit ⁊ loquit. Uñ dicit quedā glosa: ꝙ vnus deum orando plus valet q̄ mille peccatores ꝑliando. Uñ Moyses nō ferro pugnando sed precibus orando amalech deiecit: Judicū. iiij. Itē: in tꝑe tribulationis penā dimittis his qui inuocant te: Thob. iij. Item bona oratio cum ieiunio ⁊ elemosyna magis valet q̄ thezauros pandere. Tho. xij Quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationē tuam dño. Item Hiero. Qui orat ⁊ peccat non orat deum sed eum illudit. Item Aug. Honorabile op⁹ est oratio: facit enim loqui cum deo. Item omnes aque in hoc mundo non sufficiunt extinguere vnam scintillam in inferno: sed vna lachrima de puro ⁊ contrito corde ꝑfusa totum ignem extinguit infernalem. Item duplex est oratio. Quedam est publica que fit a ministris ecclesie: ⁊ illa non debet fieri in occulto: sz debet fieri in cōmuni. s. in ecclesia: eo ꝙ ꝓ tota cōmunitate profertur. ⁊ coram populo fieri debet qui se cōformare debet ministris ecclesie ipm deū deꝑcando fm modū cōmunē. Alia est oratio priuata: ⁊ talis debet fieri in secreto duplici rōne Primo: quia oratio est eleuatio mentis in deum: vt Damasce. dicit. Mens aūt humana melius ⁊ citius eleuat in celum quando homo in secreto loco constituitur ⁊ a tumultu separat. Alia causa est ad euitationē vane glorie que de facili insurgit quando oratio in publico fit. Tertio tangit meritū illoꝝ respectu quoruz fit petitio. nam isti innocentes sunt qui prius meruerunt laudare deum moriendo q̄ humana ꝟba loquendo. Unde Greg. Nouerūt infantes laudare deū ⁊c. ¶ Pro terminis est sciendū. precor est ꝟbum deponentale deriuatū a nomine ꝑcis: qd fm vsum caret ntō ⁊ vtō singularib⁹. Inde precabilis ⁊ precatio. Item iungo est ꝟbum transitiuū habens xi in ꝑterito ⁊ ctum in supino. Istinc est aduerbiū loci. Item faueo est ꝟbum neutrale scde cōiugationis: ⁊ habet fautū ī supino. Item vinco est ꝟbū tertie coniugatiōis: ⁊ hz vici in ꝑterito: ⁊ ctū in supino. Inde victor ⁊ victima.

Ut liceat serenis actib⁹ plenit adipisci dona tue gratie

¶ Hic iā subiūgit cām petiōis di. (Ut liceat). i. licitū ē (nos adipisci). i. acq̄rere (plene). i. ꝑfecte (dona. i. mūera

herodis vt nō fiat socius: quisqs in hozū laude se exercet ꝓpere. Sed eternaliter cū eisdem cateruis tecum sit domine. Amen.

(tue gratie serenis) .i. ℞tuo sis (actib⁹) .i. opibus (vt quis quis) .i. quicūqꝫ (se exercet) i. frequēter se ꝑbet ⁊ cōtinuū (ꝓpere) .i. festinanter (in laude hozū) .s. innocentū (vt nō fiat socius herodis) .s. in ifer no ((sed o dñe talis sit tecū eternaliter cū eisdem cateruis) .i. turbis innocentū amen. ¶ Notandū. in littera tangūtur duo. Primo qualiē ꝑ vita eterna sit laborandū. Scōo qualiter ꝑces sunt fundende. ꝓmū tangitur cū dicit: serenis actibus. secūdum cū dicit: herodis vt nō fiat socius. De primo ꝺr in euangelio. Primū. i. ꝓmo q̄rite regnū dei. Hoc idē ꝓsuadet apl's i suaꝫ epl'aꝫ vna di. Sine intermissione orate, vbi dicit glosa. Sine intermissiōe orat qui debitis horis orat vel a bono ope nō cessat. vñ dicit Hiero. Sicut militē sine armis exire ad bellū nō cōuenit: ita ⁊ cuilibet xp̄iano nō cōuenit ꝓcedere sine oratiōe. Unde ad bene orandum duo sūt necessaria. s. tempus ⁊ locus. Temp⁹ dico matutinū est cōueniens: q᷑ tunc homo a curis exteriorib⁹ est remotus. vñ ꝑs. Mane astabo tibi et videbo. Itē Bernñ. Dulcedo spūssancti tali hora est impetrāda quādo aīa hominis a curis exteriorib⁹ requiescit. Scōo requiriē locus: vnde: quāq̄ vbiqꝫ sit orandū eo q᷑ vbiqꝫ sūt pericula: tñ specialiter locus secret⁹ idoneus est ad orandū. vñ Isi⁹. Oratio in locis ꝓuatis optime fundiē. Itē in euāgelio. Tu aūt cū oraueris intra cubiculū tuum. Itē in moralib⁹. Si bene vis orare deū thalamū tibi claude. De scōo nota. q᷑ desperatoꝫ societas est vitanda. vñ Eccle. Os prauum remoue a te: ⁊ labia detrabētia sint ꝓcul abs te. Cōtra illos dicit ꝑs. Os tuum loquebaē mendaciū: ⁊ lingua tua cōcinebat dolos. sedens aduersus fratrē tuum loquebaris: ⁊ aduersus filiū matris tue ponebas scandalū. vñ Sene. O piger nescis quo loco mors te expectat. Itē. Tu in oñi loco eū expecta. Et ideo Salo. in ꝓuerbijs loquiē ꝓsuasiue di. Fugias cōsortia prava. ¶ Circa termīos nota. q᷑ liceat est verbū impsonale. ⁊ regit illos duos datiuos serenis actibus a parte post. Ubi nota. q᷑ illa ℞ba licet liceat licebat ponūtur aliquādo ꝑ q̄uis. et sic erūt cōiunctiones. vñ Eberhardus Dico ꝑ q̄uis liceat licet atqꝫ licebat. Item adipiscor est verbū deponētale habens adeptus sum in ꝑterito. Itē exerceo est verbū secūde cōiugatiōis cōpositū ab ex ⁊ arceo mūtando a in e. Sꝫ ꝓpere est aduerbiū qualitatis.

EEsta christi oīs christianitas celebret. Que miris sunt modis ornata: cūctisqꝫ veneranda populis. Per oñitenentis aduentū atqꝫ vocationē gentium.

¶ Istud est cāticū aliud qō cāmatur in laude dei in epiphania dñi. Et habet duas ꝓtes ꝓncipales. In ꝓma b. Hze. incitat nos ad celebrandū tale festū. In scōa oñdit quedā miracla ī hoc festo ꝓacta. Scōz ibi: Magi. Et dicit (oīs christianitas) .i. oīs xp̄ianus: abstractū ꝑ cōcreto (celebret) .i. honoret (festa xp̄i. q̄) scz festa (sūt ornata) .i. decorata (miris modis) .i. mirificis opibus (qꝫ) ꝑ et (venerāda sūt cūctis populis) Et itē hec festa xp̄i sūt ornata (ꝑ aduentū oñitenētis) .i. oñipotētis dei (atqꝫ ꝑ vocationē) scz ad fidem veram vnius dei (gentiū) .i. gentilium. ¶ Notandum

q̄ autor in hac sn̄ia tangit tm̄ duo miracula q̄bus hoc festū ē confirmatū. s. stelle apparitio ⁊ baptismatis cōfirmatio: de q̄bus infra dicet̄. Tn̄ p̄ter illa duo miracula sūt adhuc tria min⁹ principalia q̄ etiā tāgunt̄ in lr̄a. Primū est de eodē die p̄ reuolutionē. xij. an. a tp̄e apparitiōis stelle ꝯuertit iesus aquā in vinū in chana galilee. deinde p̄ reuolutionē. xviij. an. eodē die xp̄s baptisat⁹ est in iordane post hoc p̄ reuolutionē vni⁹ anni eodē die satiauit q̄nq̄ milia hoīm de quīq̄ panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹. Ex q̄ patet q̄ ista miracula nō sunt facta eodē die in numero: sz eodē die in specie. Scd̄o no. hoc festū cōlt̄ d̄r ep̄hia dn̄i. tn̄ s̄m tria miracula describit̄ trib⁹ modis. Primo d̄r ep̄hia q̄si sup̄celestis apparitio: q̄r tunc noua stella apparuit. Scd̄o vocat̄ p̄phagiphania: q̄r potētia dei apparuit infra comestionē cōuiuantiū: p̄ ꝯuersionē aque in vinū. ⁊ d̄r a phagin grece qd̄ est comedere latine. Tertio d̄r betphania a beth qd̄ est dom⁹. ⁊ phanos apparitio: q̄r ista facta fuit in domo in nuptijs. Quarto d̄r theophania. qd̄ interpretat̄ apparitio deitatis siue diuinitatis: q̄r eodē die tota trinitas apparuit ī iordane: pr̄ invoce: fili⁹ in humanitate: sp̄ūsctūs in specie colūbe: ⁊ d̄r a theos qd̄ est de⁹. ⁊ phanos apparitio: q̄si apparitio toti⁹ deitatis seu diuinitatis: q̄r ergo dies ep̄hie q̄drupli ci miraculo ornata ē. ideo eā autor festa dicit in plurali. ¶ Pro declaratiōe terminorū no. mirus a um est nomē adiectiuū deriuatum a v̄bo deponētali miror aris. Inde miraculū. ⁊ est cui⁹ effect⁹ scitur: sz cā ignorat̄. Itē venerāda est participiū deriuatū a v̄bo veneror aris cōis gn̄is. Inde tūc venerād⁹ p̄ticipiū futuri tp̄is: ⁊ tm̄ significat passionē. Un̄ regl̄a ē in grāmatica q̄ v̄ba cōia significāt actionē ⁊ passionē siml̄. tn̄ de p̄ticipijs eoꝝ ē q̄dā distinctio: q̄r pn̄s p̄ticipij ⁊ futurū in rus significant actionē tm̄: sz p̄teritū in tus significat actionē ⁊ passionem siml̄. vn̄ Per ans ens rus sil̄ actio significat̄ Dus solū patit̄. p̄ tus vtrūq̄ notat̄.

Ut natus est xp̄s est stella magi visa lucida. At illi nō cassam putantes tanti signi gloriam.

¶ Hic iā au. declarat miracula q̄bus hoc festū ornat̄. Et diuidit̄ ī duas p̄tes s̄m duo miracula di. Ut postq̄ xp̄s ē natus (lucida). i. clara (stella est visa). i. apparuit (magis). i. trib⁹ regib⁹ (at) p̄ sed (illi) scz magi. (putātes gloriā). i. clarā noticiā (tanti signi) id est stelle eis apparētis (nō cassam). i. vanam. immo alicuius magne rei significatiuam.

Secū munera deferūt paruulo offerunt vt regi celi: quē sidus predicat. Atq̄ auro tumidi principis lectulo transito christi presepe queritant.

¶ Defer̄t). i. deportāt (secū) i. cū eis munera). s. tria (offerunt). i. sacrificāt (paruulo) i. puero xp̄o) vt p̄ tanq̄ regi celi (quē) scz regē (sidus) id ē stella (p̄dicat). i. p̄nūciat (atq̄). s. illi regi (queritāt) id ē cū diligētia querūt p̄sepe xp̄i (transito). i. pertrāsito (lectulo tumidi). i. superbi (p̄icipis). s. regis herodis. ¶ Notandū in solēnitate hui⁹ festi tres magi cum magno comitatu venerūt. s. quare hoc cōtigit assignat Remi. q̄ttuor cās. Prima q̄r magi cognouerūt tp̄s xp̄i nati: sed locū ignorauerūt: sz q̄r in hierusalē erat summū sacerdotiū putabāt q̄ tā egregi⁹ puer ibi debebat nasci. Scd̄a cā vt eo citius natiuitatis locū discere possent: cū ibi sapiētes ⁊ scribe residerūt. Tertia cā vt etiā iudei temp⁹ nati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

regis nō ignorarent ꝙ qō se excusarent. ergo magi ostendūt iudeis temp⁹. ⁊ ecō uerso iudei magis locū ꝓphetarum dicētes: Et tu bethleem iuda non es mi. in prin. iu. Quarta vt studiū magorū contemneretur ⁊ pigricia iudeoꝝ tēptaret: nā illi crediderūt ꝓphetis: iudei x̄o pluribus imbuti credere noluerunt. illi autem querūt regem alienum: iudei x̄o ꝓpriū regem sprenerūt. illi venerūt de lōginquo ⁊c. Itē nota lr̄a dicit stella: vñ multiplex est stella quā ipsi reges viderunt. Prima est materialis quā viderūt in oriente sequētes eā vsq; ad locū dñi. Scōa est stella spūalis quā viderūt in corde ipsorū credendo firmiter regem regum fore natū. Tertia stella erat intellectualis quā viderūt in somno. ⁊ illa fuit angelus q̄ cū eis loquebat ne ad herodē redirent. ⁊ de tali dicit Baruch propheta: Stelle viderūt lumē in custodijs. suis stelle. i. angeli. Quarta stella fuit rōnalis. ⁊ illa stella fuit beata x̄go maria: q̄ ōz stella oīm errantiū indicās viam veritatis. Quinta stella fuit substātial. ⁊ illa fuit vnigenit⁹. ⁊ de illa stella ōz in Apoc. Ego radix ⁊ genus dauid stella matutina. Itē nota de ista stella materiali multe fuerūt opiniōes. Aliq̄ eā dixerūt eā esse spūsanctū. vt idē qui apparuit in specie colūbe: etiā apparuit in stella. Sz b. Aug⁹. in lib. de mirabi. sacre scrīpture ca. x. videt velle ꝙ fuit angelus q̄ assumpsit talem formā. ⁊ cōplcto officio suo redijt forma assumpta in materiā ꝓiacentem. sz Chrys. narrat se inuenisse in quibusdā libris licz apocrifatis. ꝙ erat q̄dā gēs in ꝓtib⁹ oriētalib⁹ sapiens ⁊ nobilis habēs libros balā: de cuj⁹ stirpe fore erāt q̄ ꝓphetauerunt di. Orietur stella ex Jacob. ⁊ cū ista gens intelligeret ꝙ nascēte xp̄o illa stella appareret: curiose inuestigauerūt ortū eius. vt ꝙ ipsā cognoscerēt xp̄m natū de quo audiuerūt ꝙ esset de⁹ ⁊ homo: saluator mūdi ⁊ rex iudeorum. Jdeo elegerūt. xij. ex eis. ita ꝙ vno decedēte ali⁹ in locum ei⁹ subrogaret. ⁊ illi. xij. deberēt sollicite cōsiderare ortum eiusdē stelle: ⁊ vt meli⁹ facere possent in quodā mōte altissimo in oriente vbi semp fuit aer purissim⁹ cōstruxerunt pulchrū palatiū in copia oīmū rerum necessariaꝝ ad victū: ⁊ ibi erāt isti duodecī ī silētio: orōne: vigilia: ⁊ abstinētia expectātes ⁊ deuote p̄cātes ortū illi⁹ stelle. Aduenīcte autē tpe natiuitatis xp̄i et ipsis in orōnibus ꝑsistentibus in ipsa hora noctis medie apparuit sup eos in aere stella fulgida ⁊ pulcerrima: in cui⁹ summitate erat imago pueri paruuli secum ferēs imaginē crucis: ex cui⁹ aspectu valde gauisi fuerūt ꝙ ꝓ suis tpibus meruerūt illud videre. ⁊ ostēderūt sapientib⁹ regionis illi⁹ ⁊ p̄cipue regibus: q̄ statim arripiētes iter venerūt in hierusalē. ancedēte eos stella ad puerū orādū ⁊ munera offerendū. Et hanc opinionē quo ad apparitionē tenet scta mr̄ ecclesia nō quo ad alia. Sed b. Aug⁹. vult ꝙ ista stella ꝓ biennū an natiuitatē xp̄i apparuit: ⁊ cū magi mirarent reuelatū est eis ꝓ angelū ꝙ esset stella natiuitatis xp̄i quā viderūt ⁊ de qua ꝓtinue inuestigauerūt. cū quo etiā ꝓcordat Chrys. Sed an alijs astronomis illa stella etiā apparuit. R̄ndet ꝙ sic Remi. sed iudicauerunt eā esse aliquā metroloycā impressionē: nō em̄ ꝓ suā sciētiā cognouerūt esse xp̄m natū in hac stella. alios em̄ plures inuenissent astronomos ad inquirēdum vbi xp̄s nasceret. Itē notādū. auctor dicit in lr̄a: xp̄i p̄sepe queritāt. sup hoc dicit glosa ꝙ in his x̄bis tria tāguntr̄. s. locus ⁊ tēpus ⁊ trib⁹. Primo loc⁹: qz in bethleē iude. Scōo tps: qz in dieb⁹ herodis ascolonite. Tertio trib⁹ de tribu iuda. Sz venerabilis Beda dicit ꝙ duc fuerūt ciuitates dicte bethleē. vna fuit in terra zabulon: alia in terra iude. ⁊ ergo dicit in bethleem iude: ad differētiā bethleez in terra zabulon. ¶ Item nota illi tres magi obtulerūt xp̄o regi munera: auruz thus ⁊ mirrhā. qz magi habebant de puero triplicē substantiā. ideo sibi tria mu

nera obtulerũt: habuerunt p̃mo animã. pro qua obtulerũt thus: habuerũt etiã corpus: pro quo obtulerũt mirrham. habuerũt etiam regna: ꝓ quibus obtulerunt aurum. Arabia em̃ auro ⁊ diuersis generib⁹ aromatum abundat: ideo in quibus p̃ alijs abundãt dño talia obtulerũt. Tunc ſm beatum Grego. aliquid mysterij in his agebatur. Aurum qđ regi cõgruit: thus Ꝟo in sacrificiũ dei ponebatur. cũ mirrha autẽ corpus mortuorũ condit̃. vñ Tres dominũ querunt reges tria doua tulerũt. Caspar fert mirrham: thus Melchior: Baltasar aurum. Sed beat⁹ Aug. in sermone quodam de festiuitate hui⁹ diei dicit. in auro ostẽdit̃ regalis potẽtia: in thure sacerdotalis dignitas: ⁊ in mirrha dñica sepultura Sed Remi. vult ꝙ quilibet magorũ dedit o m̃ia tria munera: quilibet aurum: quilibet thos: quilibet mirrham. ⁊ ꝑ hoc quilibet eoꝝ regẽ deum ⁊ hominẽ predicauit. vñ Berñ. Magi obtulerũt aurum ad pauꝑis pueri sustentationẽ. thus ꝓpter stabuli fetorẽ: mirrham ꝓpter membrorũ debilium pueri cõfortationem Tũc em̃ fuit impletũ illud Thobie. xiij. Om̃es fines terre adorauerũt te. s. magi venientes de longinquo. ¶ Itẽ nota ꝑ istam oblationem magorum debemus addiscere satisfactionẽ de peccatis. s. de auaricia ꝑ oblationẽ auri cum largitione elemosynarum. de suꝑbia: ꝑ oblationẽ thuris: quia thus designat deuotionẽ que opponitur superbie: sed de luxuria ꝑ oblationem mirrhe. nãq; carnis vicia mortificat ⁊ corpus a corruptione cõseruat qđ facit castitas que opponitur luxurie. ¶ Pro declaratione terminorũ est sciendũ ꝙ vt: est equiuocum. ponitur pro postq̃. vñ Eberar. Ut dicit ꝓ sicut ꝑ postq̃ ponitur illud. Item visa est participium p̃teriti temporis a videor. Itẽ cassus a um est nomẽ adiectiuum deriuatũ a casso as are. qđ est idẽ ꝙ destruo. Itẽ transito aureo lectulo sunt tres ablatiui positi in designatione consequẽtie. qꝛ denotãt aliquid sequi. s. querere p̃sepe xp̃i et vnus ablatiuoꝝ est participialis. s. transito deriuatuꝫ a verbo impersonali. s. transitur. Item magus idem est qđ sapiens. et attribuitur tribus regibus: qui ſm diuersa ydeomata habent diuersa nomina. quia magus hebraice dicit̃ scriba: sed grece dicitur philosophus. latine vero vocatur sapiens. et magus idem est qđ maleficus: quia malefici solebant nominari magi. sed tres reges dicuntur magi quasi magni.

Hinc ira seui hostis feruida. Inuidi recens rectori genito. Bethleez paruulos p̃cepit ense crudeli perdere.

¶ Hic autor inuehit ꝯtra errorẽ herodis declarãs consequẽs qđ factũ fuit ex miraculo predicto di. (Hinc). i. post hoc vel ꝓpter hoc (feruida) id ẽ accẽsa (⁊ recẽs). i. de nouo facta (ira seui). i. crudelis herodis ⁊ (inuidi. rectori). i. xp̃o regi (genito precepit paruulos) i. infantes (bethleem). i. in bethleem (ꝑdere). i. occidere ⁊ perimere (crudeli ense) id est gladio.

O christe quãtũ patri exercitũ. Iuuenis doctus ad bella maxima. Populis predicãs colligis sugẽs cũ tantum miseris.

¶ O christe (quãtũ). i. q̃ magnum (exercitum. i. turbam. tu existens iuuenis (doctus) id est ĩstruct⁹ ad maxima bella (colligis patri tuo p̃dicans populis) id est cum adultus factus esses et predicares populis (cum tu sugens) id est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

id est lactans. scz vbera matris (miseris). i. destinaueris (tantũ) scz exercitũ.
¶ Notandũ herodes dr quasi herũ rodens. i. odiẽs. Unde sciendũ in passiõali legitur triplicẽ fuisse herodẽ. Primus dicebat herodes ascolonita: sub cui⁹ regno de⁹ est natus: ⁊ pueri innocẽtes occisi sunt. De cui⁹ natiuitate legitur ĩ hystoria scholastica ꝙ eius pat duxit neptem regis arabũ in vxorẽ: de qua habuit filiũ quẽ vocauit herodẽ. ⁊ iste a cesare augusto accepit regnũ Jude. ⁊ tũc p̃mo ablatũ ẽ sceptrũ de tribu iuda. ⁊ huic herodi postea nati sũt septem filij: duo ex eadem mr̃e quos misit Romã liberalib⁹ studijs imbuendos. Post hoc a studio reuersi sunt: ⁊ cũ patre ceperũt litigare ꝓ regno. interim xp̃s natus est. Itẽ legitur in passionali ꝙ herodes audiuit multos iudeos expectare cũ gaudio mortem suã. ⁊ sic furore repletus nobiliores iuuenes ex omni iudea collegit ⁊ eos in carcerẽ posuit dicẽs sorori sue. Scio iudeos de morte mea gauisuros. ꝗ cum spiritũ emisero om̃es istos iuuenes occidas: qꝛ vt sic om̃es iudei ꝓpter occisionem iuuenũ mortẽ suã defleãt. Cũqꝫ comederet ⁊ cultrũ ĩ manu teneret vidẽs ꝙ nulla impedimẽta haberet seip̃m interfecit. qd̃ ꝑcipiens soror ei⁹ om̃es istos iuuenes eruebat ⁊ solutos abire fecit. Scd̃s dicebatur herodes agrippa. ⁊ ille occidit beatũ Johannẽ baptistam ꝓpter herodiadem vxorẽ fratris sui. Tertius dicebatur herodes antipas qui regnauit tp̃e passionis xp̃i: ille idem etiam vinxit beatũ Petrũ in carcere. vñ⁹. Ascolonita necat pueros: agrippa Johannẽ. Antipas christũ. claudens in carcere petrũ. ¶ Item no. circa exclamationem autor vult dicere si xp̃s infans tantos martyres ad patrem misit. quãto plures ipse in etate virili p̃dicãdo ⁊ signa faciendo mittere potuit. qd̃ ꝓbatur per locum a minori. Si illud qd̃ minus videtur inesse inest. ergo etiam illud quod magis.
¶ Sed q̃rit Chris. nunq̃d nesciebant magi ꝙ in hierusalẽ regnabat herodes. Rñdit Chris. Dum cõsiderabãt regẽ futurũ nõ timebãt principem. adhuc tamẽ nõ viderũt xp̃m: ⁊ iã parati erãt ꝓ xp̃o mori. fixi em̃ erãt in amore christi. ⁊ sic firmati in fide nõ obstãte herodis regimĩe visitauerũt xp̃m. Subdit Chris. exclamãdo. O beati magi q̃ añ cõspectũ crudelissimi regis priusq̃ xp̃m cognoscerẽt xp̃i sũt cõfessores. Itẽ no. s̃m Chris. magi viderũt hominẽ. agnouerunt redemptorẽ illuminati in fide. sicut pastores credẽtes hũc puerũ saluatorẽ mundi quẽ quesierunt. nõ em̃ fuerũt retracti matris pauꝑtate: nec dom⁹ ignobilitate: nec ex pueri imbecillitate sciẽtes ꝙ in tali forma vellet apparere qua posset ab hoĩb⁹ videri ⁊ audiri. depositis coronis aureis: ⁊ in terrã prostrati adorauerunt vestigiũ pedum ei⁹. hanc puero reuerentiã primitus ostendẽtes: de tanto beneficio grãs agentes: animas suas in man⁹ ei⁹ cõmẽdauerũt. vt dr Matthei ij. Et ꝓcidentes ⁊c̃. ¶ Nota ꝙ seuus idem est qd̃ crudelis. Sed colligo ẽ verbum trãsitiuũ cõpositũ a con ⁊ lego. mutãdo n in l. ⁊ e in i.

Anno homĩs tricesimo subt⁹ famuli se incliti inclinauerat man⁹ deus: cõsecrãs nobis baptisma in absolutionem criminum.

¶ Hic autor declarat aliđ miraculũ siue aliã virtutem per quã p̃ns festũ declarat dicẽs (de⁹). i. xp̃s (inclinauit) id ẽ humiliauit (se subtus manus incliti famuli) scz iohãnis baptiste (tricesimo anno hoĩs) id ẽ sue humãitatis (ꝯsecrãs) id est sanctificãs (nobis baptisma). i. sacrũ fontẽ (in absolutionẽ). i. expurgationem (criminũ). i. pctõrũ originalium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Ecce spiritū in specie ip̄m alitis innocue vncturus sanct⁹ pre oīb⁹ visitet semp ipsius ꝯtētus mā̄siōe pectoris.

¶ Ecce spūs) sanctus (visitat ipsum). s. xp̄m (in spē) .i. forma (innocue) .i. colūbe q̄ est auis innocens (vncturus) scz ipsum xp̄m donis sue grē (pre oīnibus ictis) .i. sup oēs sanctos (contentus semp mansione) .i. habitaculo (pectoris illi⁹) scz christi.

Patris etiā insonuit vox pia: veter⁹ oblita sermōis: penitet me fecisse hominem. Vere fili⁹ meus es tu mihimet placitus: in quo sū placatus hodie te mi fili genui.

Et (pia vox p̄ris) .s. dei oīpotentis (oblita) .i. ad modum obliuiscētis se habēs (veter⁹ sermōis) q̄ erat (penitet me fecisse hominē insonuit) .i. audita est dicēs (vere tu es filius me⁹ placit⁹) .i. placēs (mihimet. i quo) s. filio (sū placat⁹) id ē consiliatus. s. toti gn̄i humano. o (mi fili ego genui te hodie) ¶ Notandū circa litterā supra dictū est ꝙ ista dies ꝓpter tria miracula celebratur quorū vnum tangitur in lr̄a. s. baptisma. Circa qd̄ sciendum ꝙ dn̄s noster iesus xp̄s voluit a Johāne baptisari vt vim regeneratiuam tactu carnis sue aquis retribueret. vn̄ venerabilis Beda. Vim retribuit aq̄s. vt q̄ postea immergerent̄ inuocato trinitatis noīe in baptismo a peccatis tergerent̄. Scd̄o vt nos exemplo sue humilitatis instrueret. vn̄ Matthe⁹ Johannes ꝓhibuit xp̄m dicēs: dn̄e ego a te debeo baptisari ⁊ tu venis ad me. Respōdens iesus dixit ad eum. Sic decet nos adimplere oēm iusticiā. glosa. i. cordis humilitatē. Tertio vt nobis ianuā celi aperiret. vn̄ Joh̄is. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spū sancto nō potest intrare regnū celorū. Scd̄o no. quare baptism⁹ fit ꝑ aquā et nō ꝑ aliud elementū. Dicendū ꝙ hoc est ꝑ multiplicē naturā aque: qr quot virtutes habet aqua naturalit̄: tot baptismus habet spūalit̄. Primo em̄ aqua abluit sordes: sic baptismus abluit pctā. vn̄ Hiero. Baptismus est quoddā balneum qd̄ celestis sponsus ecclesie sue p̄parauit: in q̄ ipse p̄mo balneatus est vt ex tactu sui corpis vim daret aquis pctā abluēdi. Scd̄o aqua extinguit ignē: sic baptismus extinguit ignē infernalē. Tertio submergit hominē: sic baptism⁹ submergit dyabolum quantū ad suā potestatē: vt amplius nō possit agere nisi ꝑ cōsensū peccati. Quarto aqua irrigat ⁊ inebriat terrā: sic baptism⁹ cor homīs irrigat ⁊ inebriat ad faciendū fructū bonorū operū. Quinto aqua dissoluit ariditatem: sic baptismus apit celum: qr q̄cito puer baptisatus ē. si decedat inueniat celū apertum: cū ante baptismū infern⁹ esset ei aptus. vn̄ Bern̄. Valde fatuū est dolere de hoc ꝙ filij eoꝝ transeūt a societate hominū ad societatē angelorū. sed potius tales deberēt gaudere. vn̄ Seneca. Mortē mortaliū stultū ē deflere. Sexto iō quia aqua ferebat spiritū dei. vt habet̄ in Gen̄. Spūs autē dn̄i ferebat̄ sup aq̄s sic spūssanctus adest baptismo vt figuratū est: qr spūssanct⁹ apparuit sup iordanem in specie columbe. Septimo qr sicut aqua reficit infirmos: sic etiā baptism⁹ facit filios dei: qd̄ figuratū ē in voce p̄ris qn̄ dixit: Hic est filius meus dilectus. Octauo. qr aqua recipit ymaginē respiciētis. sic baptismus reformat in homīe ymaginē dei: qr ymago dei in baptismo refulget tanq̄ in speculo. Itē notandum in littera d̄r: innocue ip̄m alitis. i. columbe. Unde colūba in sua natura est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

innocua: nullũ nocumẽtũ inferẽs. simplex ⁊ sine felle ⁊ vnit̃ marito suo. sic spiritussanctus est cõiunct⁹ in deitate cũ filio content⁹ in pectore ipsi⁹ ⁊ sunt vnuz ⁊ idem in deitate. Itẽ lr̃a dicit. veteris oblita ⁊c̃. Unde qñ pat̃ in diuinis misit filium suũ incarnari ꝓpter inobedientiã ⁊ transgressionẽ ade doluit de passione quam filius esset passur⁹. Dixit em̃: penitet me fecisse hominẽ ⁊c̃. ⁊ qñ vidit patientiã ⁊ humilitatẽ filij: in eo ꝙ baptismũ penitẽtie nobis cõfirmaret pater fuit immemor verbi prius dicti: sz magis gauisus de humilitate filij dixit: Hic est filius me⁹ dilectus ⁊c̃. Ego hodie nõ sumit̃ tm̃ ꝓ pñti tpe. sz ꝓ eterno determinat verbũ ratione cuiuslibet. Item ales d̃r a noĩe ala ale. ⁊ sic idẽ est qd̃ auis. Alio mõ d̃r a verbo alo is ere. ⁊ sic idẽ est qd̃ nutrix. Itẽ vncturus est participium futuri temporis a v̄bo vngo. Item penitet me fecisse hominem est vna dictio supponẽs materialiter: ⁊ debet declinari ꝓ vna dictiõe: qꝛ nõ supponit pro se nec ꝓ suo significato: sed supponit ꝓ sermone a celesti patre ꝓlato: sed tñ exponẽdo illam orationẽ significatiue ⁊ ꝑsonaliter. tũc ly penitet debet teneri in suo significato cõi. ⁊ ꝟm aliq̃s sic exponit̃. me penitet ⁊c̃. ego penitẽtiam vl̃ dolorem habeo de factione homĩs. ⁊ ista expositio nõ valet: qꝛ in deo patre nec est penitẽtia nec dolor: qꝛ est ĩmutabilis ⁊ impassibilis. igit̃ ⁊c̃. vel sic exponit̃. penitet. i. pena tenet vel tenebit me ꝓpterea ꝙ feci hominẽ. Uñ d̃r penitet in pñti quia p̃sciuit suã passionẽ nõ esse euasibilẽ ex quo nouit o m̃ia ab eterno. hec expositio adhuc ꝟm aliquos nõ valet: qꝛ erat verbũ patris. mõ pater in diuinis ẽ passus. ⁊ ergo debet sic exponi. Penitet me. i. factio homĩs fecit mihi patri quãdã simulationẽ peniẽtie. i. taliter ago ac si haberẽ de factiõe hoĩs penitẽtiã. vñ videmus ꝙ qñ aliquis opatur aliqd̃ opus ⁊ si frustrabit̃ in fine suo tũc dolet ⁊ penitet. Sic simili mõ est de xp̃o qñ vidit totũ genus humanũ esse lapsum tũc generauit sibi quandã similationẽ pnĩe. Sed diceret aliq̃s ꝯtra particulã illam. me penitet ⁊c̃. xp̃s nũq̃ penituit. patet sic: qꝛ nũq̃ deliquit vel peccauit: ꝯ nũq̃ penituit. Rñdet̃ ꝙ hec v̄ba possunt sic glosari: xp̃s nũq̃ fecit aliqd̃ malũ quantum ad ꝓpriũ actũ: ergo etiã xp̃s nũq̃ penituit inquãtũ xp̃s: penituit tñ quãtũ ad rõnem ipsi⁹ rei ꝑ ipsum facte vel quãtũ ad rõnẽ homĩs: eo ꝙ p̃mus hõ ꝑ trãsgressionem mãdati cecidit in eternã dãnationẽ. ⁊ ergo penitet me fecisse hominem id penitẽtiã facti hoĩs habeo. Itẽ tricesim⁹ ẽ nomẽ adiectiuũ deriuatũ a trigĩta.

Huic om̃es auscultate populi preceptori. Amen.

¶ In hac parte autor hortat̃ populũ fidelem ad seruiendũ deo dicẽs (omnes populi auscultate). i. obedite (huic preceptori). s. xp̃o (qui huno dic̃) tot facit choruscare miraculis. Notandũ ex littera trahit̃ ꝙ oĩs creatura rõalis tenet̃ obedire. vt pz Aug. ĩ li. de tri. ⁊ ꝑ cõmẽtatorẽ li. de aĩa. vbi dicit ꝙ potẽtia sensitiua debet obedire potẽtie intellectiue: nã q̃dlibet inferius regibile est a suo supiori. Item autor dicit in textu deum esse preceptorem. vnde ipse põt dici preceptor grã factorum: nõ solum p̃ntium: immo preteritorũ ⁊ futurorum. Gratia factorum ⁊ p̃ceptorum patet in euange. vbi recitatur ꝙ ipse ꝑmisit vinũ fieri ex aqua. Etiã gratia p̃teritorũ ⁊ futurorum factorum patet ꝑ Ps̃. dicentẽ: Preceptũ posuit ⁊ nõ p̃teribit. Etiã quodlibet mẽbrum stabit bene ꝓbatũ ꝑ Ps̃. dicentem: Ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit et creata sunt. Etiã rõne factorũ futurorũ patet in. iiij. snĩarũ. vbi dicit ꝙ christus in nouissimo die veniet iudicare seculũ ꝑ ignem: precipiẽs mortuis vt resurgẽt cuius precepti effectus ꝓcedit de voce tube que in aduentu iudicis ab omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

audietur. Hec em̄ tuba nō est aliud nisi citatio peremptoria iudicis ad audiēdū sententiā. Circa hoc querit̄: cui⁹ erit hmōi tuba. Rn̄dit Apoc̄. ostendēs ꝙ archangeli ipsius q̄ est p̄nceps ⁊ dux oīm angelorū. ⁊ tali voce ꝑcepta homines resurgēt incorrupti: ⁊ nō om̄es impassibiles: sed sine diminutiōe membrorum: vt patet de qualitate resurgentiū in quarto sententiaꝝ. Itē ausculto as est verbuz neutrale: ⁊ dicit̄ a noīe auris ⁊ a verbo culco as: qd̄ est frequētatiuū verbum huius verbi colo.

Dixit dn̄s ex basan conuertaz conuertā in ꝓfundum maris. Quod dixit ⁊ fecit saulum vt strauit paulū ⁊ statuit. Per verbum suū incarnatū per quod fecit ⁊ secula.

¶ Istud est canticū aliud qd̄ cantat̄ ob reuerētiā. b. Pauli apl̄i: ꝓut ei⁹ cōuersio celebratur. Et diuidit̄ in tres partes. In p̄ma ꝑte autor p̄mittit ꝓphetiā Ps̄. qua dn̄s locut⁹ est ꝑ os dauid. Scd̄o ex ista ꝓphetia declarat sauli deuiationē: qua in tenebris ambulauit: nesciens quo iret donec lumen veritatis cognosceret. Tertio cōmēdat beatū paulū ꝓpter diuinam dispensationē ⁊ continuam p̄dicationē quā exercuit post cōuersionē. Scd̄a ibi: qd̄ dum impugnat. Tertia ibi: hic lingua tuorum. Quantum ad primum dicit sic (Dominus). s. deus pater (dixit) id est predixit scz per prophetā dauid Ego (conuertam ⁊c̄) scz ipsum paulum (ex basan) id est de fide sua mala (conuertam) inquam cum (in profundum maris) id est ad cognitionem vere fidei. Sed vide inferius causam huius expositionis: immo aliā expositionem. Sequitur deinde in textu (quod) id est quam ꝓphetiam. dominus deus (dixit) id est predixit scz diu ante tempus sancti Pauli (et fecit) id est perfecit eam in sancto Paulo (vt) pro post q̄ (strauit) id est prostrauit (saulum) in terram (⁊ statuit) id est instituit (paulum) ⁊ hoc dico (per verbum suum) id est filium (incarnatum) id est hominem factum (per qd̄) scz verbum dominus deus (fecit) id est creauit (et secula) id est omnia que sunt in celo ⁊ in terra. ¶ Notādum in littera dicitur (dixit dominus ex basan) ꝙ illam prophetiā dixit dominus per os Ps̄. ⁊ sensus est: ego conuertam saulum in profundum maris. Ut ergo hec prophetia intelligatur est notandum. ꝙ basan interpretatur quasi confusio: ⁊ basan est ꝓprium nomen loci seu regionis: vnde sanctus paulus erat oriundus cuius regionis regem expugnauerunt filij israel: vt testatur scholastica hystoria. ⁊ basan interpretatur confusio: quia in illa regione habitabant homines peruersi. Etiam basan interpretatur quasi placens: quia ante conuersionem sanct⁹ paulus cupiebat placere hominibus ⁊ nō deo. vnde Ps̄. Confusi sunt qui hominibus placuerūt quoniam de⁹ spreuit eos. Tunc dicit̄ in ꝓfundū maris: vn̄ mare includit in se hūilitatez: basan vero nomen loci importat siccitatem: ⁊ sic sensus littere erit: ego conuertam siccitatem in magnā humiditatem. Unde sanctus paul⁹ fuit siccus ante cōuersionem: ⁊ sic sicca cōfusio fuit cōuersa in humiditatem diuine gratie. vn̄ Ps̄. Uisitasti terram ⁊ inebriasti eā. Uel alio modo potest sic intelligi: ego ꝯuertam sanctū paulū ex basan in ꝓfundū maris. i. in cognitionem vere fidei: qꝛ fides est lata: magna ⁊ ꝓfunda: quia ex fide credimus trinitatem ⁊ multa alia que sunt in profundo speculationis. Etiā quia fides non est inuestigabilis aliquo experimento: quia si posset inuestigari non esset fides sed cognitio. vnde Gregorius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Fides nõ habz meritũ vbi humana rõ p̃bet experimentũ. Etiã alio mõ sic intel
ligit̃: ego cõuertã saulũ ex basan in ꝓfundũ maris. i. in ꝓfundũ secretoꝝ dei: qꝛ
ipse raptꝰ fuit in tertiũ celũ: ⁊ ibi vidit multa secreta dei. vñ canit ecclesia de ip-
so: Qui ĩ terra positꝰ secreta celoꝝ petisti q̃ nõ licet hoĩ loqui perspexisti. Apl̃s
scribit ad Rom̃. iij. Ubi sup̃abundat pctm̃ sup̃abundat ⁊ gr̃a: In v̄bis his. b.
paulꝰ duplicit̃ cõmendat̃. Primo delictorie: scd̃o meritorie. Delictorie describi
tur in eo diuine pietatis dispensatio ꝓpter delictũ cõmissum. vnde scribit̃ ĩ acti
bus apl̃oꝝ. Saulꝰ adhuc spirans minarũ accessit ad p̃ncipes sacerdotũ ⁊ petijt
ab eis lr̃as: vt quotquot inueniret huiꝰ fidei viros aut mulieres vinctos duceret
in hierl̃m: vt ipse attestat̃ de seipso ad Corinth̃. dicens: Ego sum minimꝰ apl̃oꝝ
⁊ nõ sum dignꝰ vocari apl̃s: qꝛ supra modũ eccl̃iaz dei ꝑsecutꝰ sum. Ad Gal̃. Au
diuistis cõuersionẽ meã in damasco. De scd̃o ꝑ hoc ꝙ meritorie cõmendat̃ tan-
git̃ diuina pietas: cũ d̃r: sup̃abundat ⁊ gr̃a. vñ ad Gal̃. Cũ em̃ placuit ei q̃ me se
gregauit de vtero matris mee ⁊ vocauit ꝑ gr̃am suã ego nõ quicui cõtinue car-
ni ⁊ sanguini. Eandẽ diuinã dispensationẽ ipse testat̃ ad Corinth̃. ij. di. Est mi-
hi stimulus carnis ⁊ angelꝰ sathane qui colaphiset me ꝓpter qd̃ ter deũ rogaui
vt auferet̃ a me. Cui xp̃s dixit: Paule sufficit tibi gratia mea. Etiã bea. paulus
põt cõpari mari ꝓfundo: qꝛ ꝓfunditas maris cõtinet in se multos lapides no-
biles ⁊ preciosos: sic paulꝰ habuit in se multas bonas doctrinas: q̃bus ipse eccle-
siam dei illuminauit. vñ de eo canit̃: O gloriosum lumen oĩm ecclesiaꝝ. Potest
etiã cõpari mari ꝓfundo ideo: nã sicut mare est valde amarũ. sic bea. paulꝰ post
ꝯuersionẽ repletus fuit amaritudine: sicut de seipso dicit: Ter virgis cesus suz
semel lapidatꝰ: ter naufragiũ feci ꝑ xp̃i noĩe. Item lr̃a dicit: ꝑ verbũ suũ ⁊c̃. ꝑ
illud verbũ intelligit̃ hoc v̄bũ fiat: qꝛ per hoc v̄bum: creauit deꝰ celũ ⁊ terrãꝛ
qꝛ dixit: fiat lux: ⁊ facta est lux. Etiã ꝑ illd̃ v̄bũ xp̃s fuit incarnatꝰ: qñ beata vir
go dixit ad angelũ: ecce ancilla dñi fiat ⁊c̃. Etiã ꝑ hoc v̄bũ xp̃s ex magno ꝑsecu-
tore fecit magnũ p̃dicatorẽ xp̃ianoꝝ. Item nota. Saulꝰ interpretatur ꝑsecutor.
Paulus v̄o interp̃tat̃ fidelis p̃dicator: Modo autor dicit in lr̃a: ⁊ fecit saulum
⁊ strauit paulũ vt statuit dominus strauit saulum. i. dominus ex ꝑsecutore fecit
p̃dicatorẽ. Paulꝰ v̄o interp̃tat̃ fidelis p̃dicator: mõ autor dicit in lr̃a: vt strauit
saulũ ⁊ fecit dñs paulũ. i. dñs ex ꝑsecutore fecit p̃dicatorẽ. Itẽ diceret quis: que
est causa ꝙ celebrat̃ festũ cõuersiõis sancti pauli. Ubi nota: triplex solet assigna-
ri causa sup̃ hnc. Primo ꝓpter exemplũ: vt nullus peccatoꝝ de venia desperare
debet. Scd̃o ꝓpter gaudiũ: qꝛ quantã tristiciã ecclesia habuit in eiꝰ ꝑsecutio
ne: tantã leticiãi habuit in eius cõuersione. Tertio ideo scz ꝓpter miraculũ qd̃
dñs in eo ostendit dum de seuissimo ꝑsecutore fecit fidelissimũ p̃dicatorẽ. Nam
eiꝰ cõuersio fuit miraculosa rõne efficientis. s. xp̃i: q̃ in eius cõuersione fecit de
ꝑsecutore vas electiõis. Item nota: idẽ homo q̃ ante cõuersionẽ dicebat̃ saulus
post cõuersionẽ dictus est paulꝰ. Ex isto ptz ꝙ saulus ⁊ paulꝰ ambo sunt ꝓpria
nomina. Item basan est nomen ciuitatis vel regionis feminini generis ⁊ inde-
clinabile. Sed mare hic trranssumit̃ pro fide.

Quod dũ impugnat. audiuit: saule
saule q̃d me ꝑseq̃ris. Ego sum xp̃s
duruz est tibi vt recalcitres stimulo.

¶ Hic autor delarat scti pau-
li deriuationẽ: ⁊ q̃liter sanctꝰ
paulꝰ ab errore fuit reuocatꝰ
dicẽs (Quod). s. v̄bũ. i. filiũ
dei sup. paulꝰ (dũ impugnat)
scz ꝑsequendo (audiuit). s. il-

lam vocē (saule: saule q̄d). i. ad q̄d vel q̄re sup. tu (me ꝑsequeris. Ego) scz qui lo quor ⁊ quē ꝑsequeris (sum xp̄us: durū est tibi). i. impossibile ⁊ valde graue (vt recalcitres). i. per calcem resistas (stimulo). s. tue vocatiōis.

A facie domini mota est terra contremuit mox et quieuit. Dum cognito credidit dño paulus persequi cessat conchristianos.

(Terra). i. cor scti pauli (est mota a facie dñi). s. loquentis (et). s. terra (cōtremuit) id ē inhorruit (⁊ mox quieuit). i. acquieuit. s. voci loquentis ⁊ vocantis eū: tunc (paul⁹ credidit). i. fidē accepit (cognito dño). i. dū cognouisset vocē dñi (cessat ꝑsequi). i. impugnare cessat (conchristianos) id est socios suos xp̄iani noīs: Jam em̄ fact⁹ erat eis socius: q̄ prius erat eoꝝ ꝑsecutor. ¶ Notandū impossibile est aliquā ꝓphetiā p̄terire: sic ꝙ nō reduceret ad actū: qꝛ al's vana fuisset visio ꝓphetarū. mō deus p̄dixit saulū conuerti ⁊ fieri vas electionis de vase ꝑsecutiōis: ꝯ autor dicit: qd̄ dixit et fecit. ¶ Scd̄o nota: qñcūq; de⁹ voluit opari aliq̄ miracl'a circa aliquē hoīem tūc cōmutauit nomē ei⁹ in bñdictionē. Inuenit em̄ exēplū in abraā q̄ añ bñdictionē ⁊ repromissionē dicebat abraam. Itē Jacob postq̄ luctauit cum angelo vocat⁹ est israel. Itē Esau postq̄ requisiuit sanguinē fratris sui appellatus est edon: quod interp̄tat sanguis. Et iterū patet in sara que prius dicebat sarai: sed qꝛ noluit credere verbis angeli: ꝯ abbreuiat nomen ei⁹ ⁊ vocata est sara. Sic etiaz dñs cum ex ꝑsecutore fecit doctorē fidei: mutauit nomen eius vt prius saulus: postea paul⁹ vocaret. ¶ Tertio nota: ꝙ responsio dei (qua respondit ꝑsecutori) fuit multum efficax: compat em̄ vindictā stimulo. Unde sciendū ꝙ triplex est stimul⁹ de quo loquit hic. Prim⁹ est stimul⁹ p̄dicatiōis contra quē durū est ambulare seu recalcitrare. Uñ dñs: ego occidā ⁊ viuere faciam: ꝑcutiam ⁊ sanabo: et nō est qui possit te de manu mea eruere. Secund⁹ est stimulus correctionis cōtra quē duri⁹ est calcitrare. ⁊ illa est p̄dicatio xp̄i ⁊ doctrina sapientū. vñ Eccl'i. Uerba sapiētum cōterūt bella. ⁊ sunt quasi stimuli ⁊ aculei in altū defixi. Itē Sap̄. Corrige sapientem ⁊ diliget te: argue insipientē ⁊ odio habebit te. Terti⁹ est stimulus passionis xp̄i cōtra quē durissimū est ambulare ⁊ quodāmō impossibile. vñ Johannis .iiij. Durū est tibi cōtra stimulū hui⁹ passionis calcitrare: qꝛ om̄is calcitrans est mercennari⁹: et nō pastor: cū sit vnus pastor ⁊ vnū ouile. Item nota: cum diuine pietati placuit: vt de saulo paulū faceret: saul⁹ accepit litteras a p̄ncipibus sacerdotū vt vbicunq; inueniret xp̄ianos vinctos ꝑduceret in hierl'm. Cū aūt appropinquaret damascū circūfulsit eum lux de celo: ⁊ audiuit vocē dicentem sibi: Saule saule quid me persequeris. qui dicit: q̄s es dñe. Jesus dixit Ego sum iesus quem persequeris. Cui paul⁹. Dñe quid vis me facere: ⁊ cecidit in terrā: sed illi (q̄ affuerūt) erexerūt eū ⁊ duxer̄t eū in vicuz in parua villa circa viam: ⁊ ibi mansit tribus dieb⁹ non videns: nō comedens: nec bibens. Sed tertia nocte dñs dixit Ananie: Anania vade ⁊ queras saulum. Ananias dixit: Domine audiui multum de homine isto quanta mala facit christianis. Subdit dominus: vade: ipse enim orat ⁊ vas electionis effectus est. Mane facto: Ananias venit ad saulū ⁊ dixit ei: Saule frater mi dñs (qui apparuit tibi in via) misit me ad te vt videas; ⁊ implearis a spiritusancto. Et statim vidit ⁊ recepit cibum ⁊ cōfortatus est. Et continue p̄dicabat in synagogis xp̄m esse filium dei crucifixum. ¶ Item nota ꝙ autor dicit: a facie dñi ⁊c. ibi tangit dictū p̄s. A facie dñi ⁊c. et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

p terram intelligit sanct⁹ paulus. Et merito paulus vocat terra: qz sicut terra facit fructum seu pducit per quod omnia animalia nutriuntur: sic sanctus paulus dedit nobis doctrinas: quibus mediantibus cõseruam⁹ animas nostras in vita eterna. Item hec verba: saule saule ꝛc. dupliciter cõsiderant. Uno modo significatiue: ꝛ sic sunt distincte dictiones. Scõo modo cõsiderant vt supponũt p sola voce: ꝛ sic sumunt p dictione materiali: ꝛ sic hoc totũ complexum: saule saule ꝛc. est vnũ nomen neutri generis p regulã: Dictio q̃cunq; ꝛc. saulus dicit a salin hebrayce qõ est vulpes latine: qz sicut vulpes decipit alia animalia: sic saulus sumpsit litteras a regib⁹ vt posset decipere christianos. Item recalcitra re idem est q repugnare: ꝛ spectat ad equos qui retro pcutiunt: sic ille q̃ recedita xp̃o ei⁹ christianitatẽ impugnans. sicut q̃libet heretic⁹: assimilat a tali bruto. Item lra dicit: mota est terra: ꝛ illa lra duplicit glosatur. Uno mõ q paul⁹ qui de terra factus est) est mot⁹. Alio mõ idem est q terra sup quã steterat paulus q illa fuit mota: ꝛ bñ stabit vtrunq;. Et mota est pticipiũ pteriti tpis a verbo moueo. Item contremuit est verbũ tertie ꝓiugatiõis cõposite figure.

Hic lingua tuorũ est canũ ex inimicis rediens ad te deus.

Hic autor cõmendat beatũ paulũ x̄tute p̃dicationis. Et diuidit in duas partes. In p̃ma parte cõmendat eũ in prophetia. Scõo ostendit effectum sue p̃dicationis ibi: Quo docente. Prima ps adhuc diuidit in duas partes. Primo facit qõ dictũ est. Scõo cõmendat eũ metaphorice ibi: Hic lingua sacerdotũ ꝛc. dicens sic. O deus (hic) scz paulus (est lingua) per quã loquunt ꝛ p̃dicant (tuo q canum). i. sacerdotũ (rediens ad te) scz per conuersionem (ex inimicis). i. ex seruitute dyaboli (qui) scz est inimicus generis humani.

Dum paul⁹ in ore omniũ sacerdotũ iura dat preceptorũ. Docens crucifixum nõ esse alium preter christũ deum. Cum patre qui regnat cum sancto spiritu: cuius testis paulus

Et qz hec locutio est metaphorica: ideo autor seipm exponit dicens: Paulus est lingua canum (dum) pro quãdo (Paulus dat iura) id est statuta ꝛ leges (preceptorũ i ore omniũ sacerdotum docẽs nõ esse alium deũ preter christuz crucifixũ qui regnat cũ patre ꝛ spiritusancto cui⁹) scz xp̃i dei (paulus est testis) Notandũ q prima pars hui⁹ sententie trahit ex dicto pphete ps. lxvj. vbi dic it: intingat es tuus in sanguine ꝛ lingua tuorum canũ ex inimicis. An de pes beati pauli est intinctus sanguine quando p circuitum vniuersi mundi pericula sustinuit: que per se cuumerat ad Corinth. ij. dicens: Ter x̄gis cesus sum. Añ hec pericula hylari⁹ in passionali describit q. b. paul⁹ sub Philippo rege cedit ꝛ in carcerẽ ponit: i ligno pedibus affigit in listris: in tali ciuitate lapidat: in Epheso feruidat: in Damasco p sportam tempore nocturno p murũ emittit: in hierlm ligat ꝛ percutitur. Cesaria claudit ꝛ criminat. in italia naui gans periculo maris arripit. Romã veniens sub Herone iudicat ꝛ occisus fuit: ꝛ ergo pes eius intinctus est sanguine. Scõo nota: autor dicit lingua canũ: in quo tangunt duo. Primũ q lingua ponit p p̃dicatõe: ꝛ hoc q figuram que dr methonomia q̃ fit qñ instrumentũ ponitur p operatione: vt hic lingua ponit p predicatore. Secundo canis ponit p inſ

deli. qz canis est animal despectum ꝛ irrationale. Unde cū dñs vellet maledicere moab per Dauid ex hoc ꝙ interfecit Abner principem militie regis Saul dixit: nō deficiat de domo tua canis fluxum sanguinis sustinens: canis: id est infidelis. ¶ Item in euangelio: Non est bonum sumere panem filiorum ꝛ mittere canibus ad manducandum. Item Matthei. vij. Nolite sanctum dare canibus. Sed beatus apostolus paulus fuit lingua: id est predicator: illorum canuz qui de canibus fecit homines rationales. de paganis fideles: de filijs perditionis fecit filios repromissionis. Item nota littera: Hic lingua tuorum est canum quod vno modo sic debet exponi: vt lingua canum sumatur per sincopam ꝓ canorum a nomine canus: ꝛ dicitur homo spiritualis habens caniciem. Tūc sententia est in isto: ꝙ sanctus paulus est lingua tuorum canum: id est sapientum. Secundo exponitur ꝙ ly canum est genitiuus huius nominis canis de quo postea patebit. Ubi nota ꝙ sacerdotes dicuntur canes ꝓpter duas causas. Prima qz sicut canis est animal latrabile manifestans furem: sic sacerdos debet manifestare ipsos peccatores: ꝛ debet latrare ꝛ ipsis predicare ꝛ pellere infidelitatē de hominibus. Unde Esaias: clamare non cesses: exalta vocem tuam quasi tubam Secundo: quia canis lingendo vulnera cum lingua sua sanat ipa: sic per linguā doctrina sacerdotis debet sanare vulnera anime. ¶ Item notandū ꝙ in lra dicit: in ore omniū sacerdotū. illa enī patet in epistola sua: vbi docet qualis debet esse episcopus dicens: Oportet eū episcopū mitē ꝛ castū esse nō lucri cupidū: et sili modo dabat illa iura oīb⁹ sacerdotib⁹: ꝛ cum hoc oībus gradū sacerdotalem habentib⁹. Itez ꝓ hoc ꝙ dicit crucifixū debet intelligi xp̄s q̄ crucifixus est verus deus regnās cū patre ꝛ spiritusancto. vñ p̄s. Uidete ego sum solus ꝛ nō est alius preter me. ¶ Pro terminis nota: rediens est participium a verbo neutrali redeo. ꝛ componitur a re ꝛ eo interponendo d. Item os est nomen neutri generis: similiter ꝛ ius ꝛ caret tribus casibus in plurali. ꝛ ius est equiuocū vt pz in Eberar. Jus meritū: ius aqua: ius dicitur ipsa potestas.

Hic lingua sacerdotum more canis dū perlinxit legis et euangelij duos molares i his cōtriuit. Corrosit vniuersas spēs medicinaꝝ: q̄bus curantur saucij reficiuntur enutriendi.

(Hic) scilz paul⁹ est (lingua sacerdotum: dum ipse plinxit) id est perfecte linxit. ꝛ ordinauit (more). i. ad similitudinē (canis: duos molares). i. fundamenta (legis). i. veteris testamenti (ꝛ euangelij contriuit) id est collegit (ꝛ corrosit) id ē vndiqz comportauit (in his) scz molarib⁹ (vniuersas spēs). s. aromaticas (medicinarum). i. spiritualiū (quibus). s. speciebus (saucij). i. infirmi (curant). i. sanant et (reficiunt). i. fouent refocillant (enutriendi). i. informandi in rudimentis fidei.

Quo docente deū mare vidit et fugit: iordanis cōuersus est retrorsum Quia turba gentium relicto vicio-rū ꝓfundo og rege basan confuso

¶ Quo). s. Paulo docente) id est predicante (deum) scilicet christum (mare vidit ꝛ fugit) cuius expositio patebit inferius: quia turba gentiuz infidelium paganorum: (relicto profundo:) id est magnitudine immensitate viciorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Te solum adorat xp̄m creatorē quē cognoscit in carne venisse redēptorē

(et cōfuso) og rege basan).i. dyabolo. vt patebit (adorat) scz turba gentiū (te solū xp̄m creatorē. quē agnoscit) id est fideliter credit.(venisse redēptorem in carne(humana. ¶ Notandum.lr̄a dicit canis. Et canis est animal latrabile.⁊ ponit̄ ꝓ predicatore. Unde sicut canis cōtinue latrat:sic p̄dicator dei habet cōtinue latrare p̄dicando ꝯtra infideles ⁊ ipsos pctōres corrigendo. Ubi no.ꝙ in cane habentur alique v̄tutes:vt patet in quibusdam versiculis:quas sanct⁹ Paul⁹ dicit̄ in se retinuisse. Unde versus. In cane laudāda quattuor sūt atqꝫ ꝓbanda. Est lingua medicus: dñiqꝫ fidelis amicus. Edem custodit:furē latrādoqꝫ prodit. Unde sicut canis d̄r esse medic⁹ ratione sue lingue:sic sanct⁹ Paul⁹ multos deuiātes ⁊ debiles q̄ nō poterūt cognoscere vere fidei luciditatē curauit lingua sua.i. sua instructione dulcissima. et doctrina lingendo(cū corda fideliū).i.corda errantiū eis imprimēdo saluberrima documēta fidei. Etiā dño suo multū fuit fidelis sicut canis: qꝛ commissa fideliter obseruauit p̄ rapina.i.fideles in custodia retinebat:⁊ sic quelibet v̄tus adherens cani sancto paulo potest applicari. ¶ Scd̄o nota ꝑ duos molares intelligitur duplex testamentū.s.nouum ⁊ antiquū.quorū vnum mouet aliud: ita ꝙ vnū ex alio cognoscit̄.⁊ hos molares bene cōtritos ꝑlectos ⁊ expositos confirmauit in ore aliorū sacerdotū.vt ⁊ ipsi possent etiā verbū dei predicare. ¶ Itē autor dicit corrosit vniuersas spēs ⁊c̄.sup̄ illud dicit glos.ꝙ saucij dicunt̄ illi q̄ sunt in infirmitatib⁹ occupati. Et sumitur hic ꝓ hereticis contra fidem luctantibus:Sed enutriendo dicūtur illi q̄ nōdum aliquā fidem integraliter receperunt:sed adhuc informādi.⁊ medicina illorū nō est alia nisi predicatio ⁊ verbū dei cū beneficiorū confirmatione. Item sciendū ꝙ scd̄a pars huius sententie trahitur ex cantico filioꝝ israel.vbi dicit̄:mare vidit ⁊ fugit ⁊c̄. qꝛ hoc factū est in exitu filiorū israel de egypto. Et autor loq̄tur hic ꝑ figurā que d̄r ꝓsopopeya: que habet fieri qñ aliq̄d attribuit̄ rebus inanimatis:qd̄ tñ spectat ad res animatas:⁊ sic dicit̄:mare vidit ⁊ fugit: mō videre ꝑtinet ad res animatas:⁊ ergo sic exponit̄:mare vidit exercitū filioꝝ israel.⁊ fugit dans eis securū trāsitū:vt perambularent ip̄m siccis pedibus:sicut scribitur Exo.xiiij. qñ duodecim tribus israel ꝑtransierūt mare rubrū:tunc duodecim lapides sūt positi circa mare in signum illi⁹ ꝙ dñs fecit stare aquas iordanis donec populus ꝑtransisset. Modo metaphorice intelligēdo(mare).i.infidelitas gentiliū ⁊ error(vidit).s.p̄dicationem scti pauli(⁊ fugit).i.a malicia cessauit:⁊ locū deo dedit.sꝫ(iordanis)id ē error iudeorū(est conuersus retrorsū).i.multi iudei ꝑ p̄dicationem sancti pauli sunt cōuersi ad dominū. ¶ Item nota.rex basan erat gygas in corpe:potens in regno. Per quē intelligimus dyabolum cuius vis defecit in predicatione sancti pauli. Et est confusus:qꝛ sanctus paulus docuit homines resistere tentationib⁹ dyabolicis. ¶ Pro terminis nota.ꝑlingo capitur hic ꝓ informatiōe.⁊ habet ꝑ linxi in preterito ⁊ caret supino. Item molaris est nomen masculini generis.⁊ duo significat.vnde Dentem molarem.lapidem dic esse molarem. Item corrosit est verbum trāsitiuum.⁊ componit̄ a con ⁊ rodo.mutando o in r. Item reficiuntur est passiuum huius verbi reficior. Inde refectorium.⁊ est locus in quo monachi solent comedere. Item relicto profundo ⁊ confuso og rege sunt ablatiui absolute positi.et og est ꝓprium nomen regis:⁊ est nomen iude. Sed retrorsum est aduerbium loci.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Concentu parili hic te maria venerat̄ ppl's: teq; pijs colit cordib⁹. Generosi abrae tu filia venerāda regia: de dauidis stirpe genita

¶ Istd̄ canticū cantat̄ ad laudē ⁊ reuerentiā v̄ginis gl̄iose in purificatiōis festo. Et diuidit̄ in tres ꝑtes. In p̄ma autor ponit primitiuā cōmendationē hui⁹ festi. In scd̄a ponit eiusdē festi historialē descp̄tionē. In tertia addit eius cōsecutiuā collaudationē. scd̄a ibi: Sed tu tñ. tertia ibi Laus patri. Prima adhuc in duas: In p̄ma autor cōmendat eā quantū ad propheticā dignitatē. In scd̄a q̄tū ad mysterialē ꝓphetiā. scd̄a ibi: Te v̄ga arida Et p̄mo sic d̄r: O (maria) v̄go (hic ppl's). i. cōgregatio hoīm (venerat̄). i. honorat (te parili cōcentu). i. equali ⁊ eōcordi cantu (q;) ꝓ et (colit). i. celebrat. s. te (pijs cordib⁹) q; (tu es veneranda filia generosi abrae) ⁊ hoc quo ad ei⁹ ꝓgeniē (genita). i. nata (de regia. i. regali (stirpe). i. ꝓgenie (dauidis) q; ꝓmissio est facta Dauidi q̄ de semine suo nasceret̄ christus.

Sanctissima corpore castissima moribusq; oīm pulcerrima v̄go v̄ginum

¶ Construe. Et tu maria es (sctīssima). i. purissima integerrima (corpe castissima). i. pudicissima (morib⁹) scz vita v̄bo ⁊ cōuersatione (q;) ꝓ et (pulcerrima v̄go v̄ginū oīm). ¶ Notandū scribit̄ Malach̄. iij. Ecce mitto angelū meū q̄ p̄parabit viā ante faciē tuam: ⁊ statim veniet ad tēplū sanctū suū dñator dñs quē vos q̄ritis: ⁊ angel⁹ testamēti quē vos vultis. In illis v̄bis tangunt̄ tria. Primo hui⁹ festi originalis cōmendatio. Secundo eiusdē historialis declaratio. Tertio hui⁹ festi cōsecutiua collaudatio. p̄mū tangit̄ ibi: Ecce ego mitto angelū meū. Uñ hoc festū purificatiōis beate virginis habuit originē a festo cōceptiōis ⁊ natiuitatis: q; si btā v̄go nō fuisset cōcepta nō fuisset nata. ⁊ si nō fuisset nata nō fuisset purgata. ⁊ ideo ad ipsius cōceptionē de⁹ misit angelū suū dicens ad eam. Spūssanct⁹ supueniet in te ⁊c̄. q̄bus v̄bis ip̄a consensum adhibuit di. Fiat mihi s̄m v̄bum tuū. Et ꝑ angelū intelligit̄ spūssanctus missus in terrā q̄ p̄parauit viā añ faciem xp̄i veniētis ex quo spiritussanct⁹ ferebat̄ sup aquas añ creationē mundi: ⁊ corda ꝓphetarū irrigauit: et v̄tute illi⁹ missus est gabriel angel⁹: vtz Luc. j. Uel ꝑ angelū intelligit̄ sctūs Joh̄es bap. q̄ p̄cursor dñi appellat̄. ¶ Scd̄o tangit̄ hui⁹ festi historialis declaratio: cū d̄r: Et veniet ad templū ⁊c̄. Uñ triplex est templū ad qd̄ xp̄us veniebat. Primū est v̄ginale corpus ad qd̄ venit tpe incarnationis sue. ⁊ btā v̄go est vocata templū dei. Greg. Dom⁹ pudici pectoris tēplū ⁊c̄. Secundū templum ad qd̄ xp̄s venit fuit materiale ex lignis ⁊ lapidibus constructū. ⁊ hoc fuit tpe purificationis beate marie v̄ginis. Tertium templū ad qd̄ xp̄s venit est spūale qñ inhabitat ⁊ intrat corda fideliū. vnde p̄ma ad Corinth̄. iij. Templū dei sanctū est qd̄ estis vos. Et de templo materiali intelligit̄ dictū ꝓphete scz: Et venit ad templum ⁊c̄. ¶ Tertio ꝓpheta tangit cōsecutiuā collaudationem: q; ip̄e dñs q̄ presentatus est in templo: ille est angelus q̄ in veteri testamento figurat⁹ est in nube. Sed in nouo testamēto est p̄figurat⁹ in speculo relucēti. q; legit̄ in Exo. Postq̄ fabricata erat archa testamenti: reclusit Moyses in ea verum manna et virgam aaron: ex p̄cepto dñi: ⁊ etiam tabulas legis. hec tria erant figure noui testamenti: q; ꝑ tabulas legis intelligit̄ deus pater: q̄ dedit legem moysi. Per manna verum intelligit̄ filius q̄ est verum manna qd̄ de celo descendit. Sz per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

De purificatiõe beate Marie virginis

ẋgam aaron designat spũsctũs: ẋtute cui⁹ descendit de celo inter ẋgas. ⁊ qui fecit florere ẋgam aaron. Vel p ẋgam intelligit castitas q̃ p celestẽ castitatez in multis locis collaudat. ¶ Pro terminis nota: Cõcentus est nomen q̃rte declinatiõis a ẋbo cõcinno qõ componit a con ⁊ cano. vel ọr a con ⁊ cant⁹. Item parilis est nomẽ adiectiuũ: ⁊ idẽ est q̃ equalis: ⁊ ọr a noĩe par paris. Itẽ venerat est ẋbũ cõc ⁊ kcat actionẽ in pñti. Itẽ lra dicit hic popul⁹: ad excludendum populũ iudaicũ: q⁹ talis popul⁹ nõ venerat virginẽ glorioſam. Itẽ colo est verbũ trãsitiuũ. ⁊ est equiuocũ: vtz in Eberar. Agros rus formã ſuperos colit atq; parentes. Hic arat hic habitat ornat odorat amat. Itẽ lra dicit: filia abrae. vnde beata ẋgo nõ fuit filia abrae ſm carnis generationẽ: ſz tm̃ ſm linee cõſanguinitatis deſcenſum: q⁹ ex ſtirpe abrae genita fuit.

Letare mater ⁊ ẋgo nobilis gabrielis archangelico que oraculo credula genuiſti clauſa filium

¶ Hic au. ampliat laudẽ be. ẋginis di. O (mater). ſ. ieſu (xp̃i ⁊ ẋgo nobilis: letare). i gaude (que) exiſtens (credula archangelico oraculo) id ẽ allocutioni gabrielis archangeli (genuiſti clauſa). i. incorrupta (filiũ)

In cui⁹ ſacratiſſimo ſanguine emundat vniuerſitas perditiſſimi generis vt promiſit deus abrae.

¶ (In cui⁹) ſcz filij (ſacratiſſimo ſanguine emundat). i. liberat a culpa (vniuerſitas p̃ditiſſimi gener̃). i. vniuerſus gen⁹ humanũ (vt) p̃ ſicut (deus p̃miſit abrae) dictis angelicis: q⁹ tu genuiſti filium tuũ ieſum xp̃m: caſta ⁊ incorrupta: q̃ ſcz ieſus xp̃s: totũ genus humanũ p̃ditũ ⁊ cõdemnatũ redemit ſuo ſanctiſſimo ſanguine: vt promiſit generi abrae. ¶ Notandũ au. dicit: gabrielis ⁊c. p̃ hoc tangit ſalutationẽ gabrielis. vñ deus oñipotens miſit de celo beate ẋgini p̃ angelũ gabrielẽ ſuauiſſima ẋba ſcz Aue maria gratia plena dñs tecũ: ⁊ q̃n illa ẋba inſonuerũt aurib⁹ beate virginis: ipa ſtatim p̃buit conſenſum p̃ virginitatis hoſpitiũ vel humilitatis dicens: Ecce ancilla dñi. In illa voce p̃ ſpñſctũ cõcepit ieſum xp̃m: ⁊ portauit in vtero: quẽ expleto tpe peperit ſaluatorẽ mundi nobis omnib⁹ ad ſalutẽ. Et tunc impletũ est qõ dicit Greg. Deſcendit de celis miſſus ab arce pr̃is. Et iterũ: Beata es ẋgo ma. q̃ credi. dño: q̃n in te pficient ⁊c. Vñ p̃ illõ ẋbũ aue plures sũt ſalutati: Pro tres ſcz maria ſalome: maria iacobi ⁊ maria magdalene: q̃n de nocte queſierũt xp̃m: tunc xp̃s apparuit eis dicens: Auete: ⁊ hoc p̃pter maiorẽ leticiã. Scõo beata ẋgo fuit ſalutata illo ẋbo: vt patuit. Tertio: p̃ illud ẋbum xp̃s fuit ſalutatus: vt patet in eius paſſione: vbi dicit: Aue rabbi Silr: Aue rex iudeoz: ⁊ hoc p̃pter maiorem cõtumeliã: vt mediante illa cõtumelia liberaret nos ab eterna damnatione. ¶ Itẽ nota: autor dicit: nobilis mater: vñ eius nobilitas ptz in hoc: q⁹ filia p̃ncipis est: et mater regis omniũ regũ. vñ Hiero. Quis nobilior est matre dñi: ſplendidior est ea que ſplendorẽ elegit eterne glorie. O nobiliſſima nobiliſſimi p̃ncipis filia: q̃pulchri sunt greſſus virtutum tuaz in calciamentis tuis: nõ bouinis ſeu hircinis: ſed aureis aurea charitate ornat̃: nam aure⁹ amor marie ad deũ: ⁊ aure⁹ amor ad p̃rimũ q̃ſi duo calciamenta quib⁹ pedes affectuũ eius inuncti ⁊ ornati erant. ¶ Pro terminis no. archangelicus est nomen adiectiuũ deriuatũ a noĩe archangel⁹: qõ vlteri⁹ componit ab archos qõ est p̃nceps: ⁊ angel⁹: q̃ſi p̃rinceps angeloz. Item credulus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

est nomē ad lectiuū deriuatū a ꝟbo credo is ere. Itē ꝑditissim⁹ ponit̄ hic in sup̄latiuo gradu: ⁊ d̄r ꝑdit⁹ q̄si damnat⁹: sic ꝑditissim⁹ q̄si maxime damnat⁹.

Te virga arida aaron flore speciosa prefigurat maria sine viri semine nato floridam. Tu porta iugiter serata quā Ezechielis vox testat̄ maria soli deo peruia esse crederis.

¶ Hic au. cōmendat bea. virginē q̄tū ad mysterialē prophetiā dicens: O (maria arida virga aaron) de q̄ infra patebit. s. exn̄s (speciosa). i. formosa (flore). i. ꝑ florē (p̄figurat). i. signat (te floridā). i. fecundā (nato). i. ꝑ filiū tuum (sine vi. semine) O maria (tu es portata serata). i. clausa (iugiter). i. assidue (quā) scz portā (vox ezechielis) scz ꝓphete (testat̄). i. p̄dixit: ⁊ tu (crederis esse peruia soli deo. ¶ Notanduz in ista littera due tangunt̄ hystorie. Prima tangit̄ cū d̄r: te virga arida aaron. Un̄ legit̄ in Exo. qn̄ ex duodecim tribub⁹ israel esset eligend⁹ vnus qui preesset tabernaculo ꝑ annū. tunc in templo dei erant posite duodecim virge aride: quaꝝ vna fuit ipsi⁹ aaron q̄ vna nocte floruit ⁊ amigdala ꝓduxit: licet arida fuerit. Et recte sicut hoc fuit contra naturam: sic beata virgo deum om̄ipotentem sine corruptione ꝟginitatis ꝓduxit. Item per virgā aaron pōt intelligi virga ꝑ quaz moyses duxit ppl'm israeliticū ꝑ mare rubrū: ⁊ mediante qua aquā de lapide ꝑcussit: qꝛ sicut talis virga populū israeliticū a iugo pharonis deduxit: sic beata ꝟgo maria a multis tribulationibus nos liberauit. Sil'r sicut lapis cōtra naturā aquam dederat: sic beata ꝟgo maria sup̄naturaliter filium ꝓcreauit. ¶ Secunda historia tangit̄ ibi: Tu porta iugiter. Unde sciendū: circa sinē li. Ezech. scribit̄: Postq̄ ezechiel descripsit dn̄m deū: ⁊ vidit aquā egredientē a latere dextro templi: vidit etiaz partē occidentalē que respiciebat sanctasanctorum: ⁊ ibi vidit aliquid egredi per portam: ⁊ audiuit vocem dicentē: Hec porta clausa manet ⁊ non aperietur: ⁊ dominus ingressus est per eam: per hanc ergo portam figuratur virgo gloriosa per quam ingressus est dominus ipsa clausa permanente et incorrupta. Super isto dicit Hiero. In gloriosam portam: Ezechielis: rex glorie intrauit dum voce gabrielis eam fecundauit. ¶ Pro declaratione terminorum nota: aridus est nomen adiectiuū deriuatum a verbo areo. Inde aresco verbum inchoatiuum. Inde area: id est campus non fructuosus. Item floridus est nomen adiectiuū a nomine flos. Item testatur est verbum deponentale habens actiuam significationem. Item peruius est idem q̄ penetrabilis: et dicit̄ a per: id est valde ⁊ via: quasi perfecta via.

Sz tu tn̄ mr̄is ꝟtutū dū nob̄ exēplū cupisti commēdare subisti remediū pollut̄ statutū mr̄ib⁹. Ad tēplū detulisti tecū mūdandū. q̄ tibi ītegritatis decus deus homo genitus adauxit intacta genitrix.

¶ Hic autor describit hui⁹ festi historialem dignitatez di. O bea. virgo: licet fueris incorrupta (tn̄ subisti) ꝓ subiuisti (remediū). s. purificatiōis (statutū). i. institutū (matribus pollutis). i. īmundis (dū (tu cupisti) ꝓ cupiuisti ꝑ syncopā. i. voluisti (cōmendare) id ē p̄bere (nob̄ exēplū mr̄is) id est humilitatis: ⁊ (tu) exn̄s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

intacta dei genitrix (detuliſti tecũ ad templũ) ſcz puerũ tuũ (mundandũ). i. pu rificandũ (q̃) ſcz puer (genit⁹). i. nat⁹ (de⁹ t hõ adauxit). i. augmentauit (tibi) gloriose virgini (dec⁹). i. honorẽ (integritatis) ſcz x̄ginitatis tue. ¶ Notandũ hec lr̃a cõcordat cum feſto purificatiõis marie q̃ tangit puritatẽ x̄ginis glioſe vñ ex littera ptz: q lex erat ſtatuta pollutis mr̃ib⁹ ſp poſt partũ quadrageſimo die ſe purificare: vtz Leuit. xij. q mulier q̃ filiũ generaret ſuſcepto ſemine per ſex ſeptimanas eſſet immunda a cõſortio hoĩm t ab ingreſſu templi. Si x̄o generaret filiã p. xij. ſeptimanas maneret extra tabernaculũ: qz immũda eſt corã dño. Sed tñ hec lex in beata x̄gine nõ viguit: q̃re purificatiõe nõ indiguit. Et q̃uis bea. x̄go generauit ſine ſemine: purificari tñ voluit: hoc tñ cã humilitat⁹ factũ fuit t nõ cauſa neceſſitatis: qz beata x̄go generauit ſine ſemine ſuſcepto. g̃ fuit ſoluta a tali cõſuetudine t lege. Si cñ pur⁹ ex humilitate voluit purificari q̃nto magis impur⁹ q̃ hz matrẽ purificandã. vñ Lucas in ca. ij. bñ declarat pu rificationẽ ei⁹ dicens. Poſt q̃ impleti ſunt dies purificatiõis ei⁹ ſm legẽ moyſi tulerũt eũ in hierlm: vt ſiſterent eũ dño: ſicut ſcriptũ eſt in lege dñi: q oĩe maſculinũ adaperiens vuluã ſctm̃ vocabit. i. ſctificabit dño. Et inde eſt q in veteri teſtamento parentes maiori reuerentia t dilectiõe habebant p̃mogenitos q̃ alios natos. Itẽ nota diceret aliq̃s q̃re lex p̃cepit vt q̃drageſimo die puer in tẽplũ dz deferri ad purificandũ. Dic triplex eſt rõ: Una vt p hoc intelligerẽ q ſi cut puer in. xl. die in templũ materiale ducit: ſic. xl. die aĩa in corp⁹ tanq̃ in tem plum ſuũ infundit. Scda rõ: qz ſicut. xl. die aĩa corpori infuſa ab ipo corpore ma culat: ſic q̃drageſimo die in templũ inducta p hoſtiã a macula purgat. Tertia rõ eſt: vt p hoc dẽ intelligi q illi merent templũ dei ingredi q̃ decẽ p̃cepta cuz fide q̃ttuor euangeliſtar̃ volunt obſeruare: qz p q̃drageſimũ temp⁹ intelligunt q̃ttuor euangeliſte t decẽ p̃cepta: mõ q̃ter decẽ ſunt q̃draginta: t in illis p̃ceptis t euangelijs puer dz emundari. ¶ Sed diceret aliq̃s: q eſt ratio ſi femella generat q tũc tp̃s dz duplicari. Rñdet: qz ſicut corp⁹ ipſi⁹ viri. xl. die organiſa tur t pficit: ſic corpus ipſius mulieris in octuageſimo die pficit. Et rõ theologo rũ: qz mulier plus peccauit q̃ vir: t ideo ipſi⁹ miſerie debent duplicari in vtero matris: ſimiliter t pena. ¶ Pro terminis nota: cupiſti eſt p̃teritũ pfectum hui⁹ verbi cupio tertie cõiugatiõis: t ponit p ſyncopã p cõcupiuiſti. Sic̃ ſubiſti po nit p ſyncopã p ſubiuiſti a ſubeo is. Item pollut⁹ a um eſt nomẽ adiectiuũ a pol luo. i. maculo: q3 vltert⁹ dz a cõiunctione pozro t luo is. Sed adaugeo eſt ver bum tranſitiuũ ſcdc cõiugatiõis compoſitũ ab ad t augeo.

Letare quã ſcrutator cordis et renũ probat habitatu proprio ſingulariter dignaz ſancta maria Exulta (cui paru⁹ arriſit tũc) maria q̃ letari oĩbus t cõſiſtere ſuo nutu tribuit.

¶ Hic autor amplificat laudẽ bea. x̄ginis. Et diuidit ĩ duo p̃mo facit hoc. ſcdo infert corrolarium ibi: Ergo quicq colimus. Quantũ ad p̃mã ptẽ dicit ſic: (O maria letare: quã) ſcz de⁹ exñs (ſcrutator). i. inſpector t ĩueſtigator (cordis) id eſt cogitatõnũ (t renũ) id ẽ oĩm interior (pbat). i. elegit (ſingulariter). i. ſpecialiter (dignã ſanctã mariã: pprio habitatu). i. habitaculo. Al'ſi ponat in textu: ſancta maria tunc ponat in p̃ncipio cõſtructiõis. Et o maria (tu exulta) id eſt gaude (cui paru⁹) ſcz fili⁹ (arriſit) applaudit. ſ. riſu ſpũali (tunc) ſcz tpe infantie ſue (q̃) ſcz xp̃s fili⁹ (tribuit)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

id est concedit (suo nutu). i. voluntate (om̄ib⁹) scz rebus (consistere). i. esse (et letari) ¶ Notandū autor in hac sn̄ia cōmendat beatā virginem dupliciter. Primo ratiōe incolatus xp̄i seu inhabitatiōis. scd̄o rōne allocutiōis ⁊ arrisiōis ei⁹. De p̄mo dicit Ps̄. Hic habitabo qm̄ elegi eam: ⁊ ipsa cōgaudendo dicit qd̄ scribitur eccle. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. De scd̄o dicit̄ in littera. cui paruus arrisit. Et hic est dubiū vtrū christus aliquādo risit in hoc mūdo. ⁊ videt̄ ꝙ sic: qꝛ hic d̄r in littera. In oppositum est. Sapiēs in ꝓuer. vbi dicit. Risus fit in stulticia. sz nephas est ip̄m christū dicere stultum. ⁊ alibi. Meli⁹ est ire in domū luctus q̄ in domū conuiuij. Simil̄r dicit Aug̃. xp̄m fleuisse lego: risisse v̄o nunq̄. Ad hoc est dicendū ꝙ duplex est risus. Quidā est corporalis qui causat̄ in exterioribꝰ ꝓpter aliqd̄ vanum delectabile: qꝛ admiratio ē causa risus. ⁊ de tali risu dicit Sap̄. Alius est risus sp̄ualis: ⁊ est quedā institutio excitans animū ad gaudēdū. ⁊ de tali risu d̄r hic. vnde dicit Anshel. qn̄ beata virgo faciē filij sui inspexit tūc maxima delectatiōe ⁊ sp̄uali gaudio replebat̄ sic ꝙ risit: sic etiā contigit xp̄m risisse. Itē sciendū in hystoria purificatiōis d̄r: obtulerunt ꝓ eo par turturū aut duos pullos columbarū. Hec em̄ erat pauperū oblatio. vt habetur Leuit̄. xij. vn̄ ꝓprietates turturis habent̄ in his metris. Alta petit turtur: cantādo gemit: moriens vir: Nunciat ⁊ caste viuit solaqꝫ moratur. Pullos nocte fouet: mortē quorumqꝫ refutat. Sz ꝓprietates columbe ꝯtinentur in his versibus. Grana legit sociata volat: cadauera vitat: Felle caret: plangit: sociumqꝫ ꝑ oscula tangit. Dat petre nidū: fugit hostem flumina nisum. Rostro nō ledit geminos pullos bene nutrit. ¶ Sz dice. nōne potuisset emisse agnellum: qꝛ magi ei aurū obtulerūt. Respōdit Damas. ꝙ hec munera beata virgo pauꝑibus erogauit: vel forte ꝓpter peregrinationē ingruentē in egyptū ꝓuide conseruauit. Un̄ dicit glo. ꝙ tres oblatiōes facte sunt ꝓ dn̄o. Prima a parentibus de qua dictū est. Scd̄a facta est de auibꝰ. Tertia in cruce ꝓ om̄ibus. Prima ostēdit ei⁹ humilitatē: qꝛ dn̄s legis subiecit se legi. Scd̄a autem ostēdit eius pauꝑtatē: qꝛ pauꝑis oblationē fecerat. Tertia ostendit ei⁹ charitatem: qꝛ ꝓ peccatoribus sacrificauit se in cruce. ¶ Pro terminis no. habitat⁹ est nomen quarte declinatiōis deriuatū a verbo habito. ⁊ significat mā̄sionē. Itē singulariter est aduerbiū qualitatis. Itē exulto est verbū frequētatiuū. ⁊ venit ab ex ⁊ salio. Itē arrideo est verbū transitiuū compositū ab ad ⁊ rideo mutādo d in r. Itē consistere est verbū substantiuū impurū: qꝛ vltra actum essendi aliq̄d cōnotat. ⁊ habet constitui in p̄terito perfecto.

Ergo quiqꝫ colim⁹ festa paruuli xp̄i ꝓpter nos facti eiusqꝫ pie matris marie. Si nō dei possumus tantam exequi tardi humilitatem forma sit nobis eius genitrix.

¶ Hic au. infert correlarium ex pri⁹ dictis di. (Ergo q̄qꝫ) id est quicūqꝫ nos (colimus) id est celebram⁹ (festa paruu xp̄i facti ꝓpter nos. qꝫ) ꝓ et .s. festa (marie ei⁹ pie matris si nos tardi). i. pigri ꝓpt̄ fragilitatem humane nature possumus exeq̄). i. ꝑficere (tātaꝫ humilitateꝫ dei) tn̄ (genitrix eius. i. mat̄ xp̄i (sit nobis forma) .i. exemplū. s. humilitatis vn̄ discam⁹ humilitatē exercere. Notādū scribit̄ in. iiij. topi. sicut ꝓpositū in ꝓposito ita oppositū in opposito. ex quo sequit̄: sicut sup̄bia ē initiū om̄ vicioꝝ: sic ecōuerso humili-

tas est initiũ oñiũ virtutũ. ergo autor hortat nos ad humilitatẽ: qz p humilitatem virgo maria meruit fieri mater celestis dñi. vñ Grego. cõmendãs humilitatem dicẽs. De quãto tu es humilior: de tãto deo pciosior. Itẽ Bern. Verus humilis vult vilis reputari: z nõ humilis pdicari. Itẽ nota pñs festũ triplici nomĩe nominat. Primo festũ purificatiõis: qz in ipso be. Vgo legẽ purificatiõis adimpleuit. q̃ tñ nunq̃ maculata fuit. Scõo vocat hipopãti. i. pñtatio: qz in illo festo xps fuit pñtatus in templũ. z hz ab hipos qõ est sub z pan. totũ z timor. quia illud festũ est soleniter celebrãdum sub timore pctõrũ: qz ille pctã timuit q̃ nunq̃ pctã peregit. Tertio vocat obuiatio: qz anna z symeon obuiauerunt sibi in templo: Etiã vocat candelaria: qz in illo festo amici z cognati cereos ardentes in manibus tenuerũt. Etiã hz illuminaria siue illuminatio: qz ille in templũ presentat9 est qui oñem hominẽ in hũc mundũ venientẽ illuminat. ¶ Pro terminis nota. quicq̃ est nomẽ habẽs scõam declinationẽ pnois. Itẽ possum ẽ verbum anormalũ cõpositũ a noĩe potis z a verbo sum. Itẽ exequor est verbum deponẽtale ab ex z sequor. z idem est qõ perficere.

Laus patri glorie qui suũ filium gẽtib9 z populo reuelãs isr'l nos sociat.

¶ Hic autor cõmendat b. virginem penes cõsecutiuã collaudationem que est respectu trinitatis. z diuidit i tres partes fm q cõmẽdat trinitatẽ psonaz. Et pmo patrẽ dicẽs: (Laus) scz sit (patri glorie) scz eterne (q̃). s. pater (reuelans). i. manifestãs (suum filium gentib9). i. gentilibus (z ppło) scz iudaico (sociat). i. cõiungit (nos israel) id est sanctis z angelis dei in celo.

Laus ei9 filio: qui suo sanguĩe patri nos reconcilians supernis sociauit ciuibus. Laus quoq̃ sancto spiritui sit per euum.

¶ Hic filium z spiritũsanctũ cõmendat dicẽs: (Laus) scz sit (filio ei9) scz patris (q̃ cõcilians). i. cõcordans (nos suo sanguine sociauit nos supnis civibus). i. angelis (q̃) p et (laus) scz sit (sancto spiritui p euum) id est eternaliter.

¶ Notandũ autor in hac littera cõiter dat intelligere totã trinitatẽ. z p hoc innuit q est vn9 deus in essentia z trinus in psonis. vt testat beat9 Greg. Te vnũ in substantia z trinũ in psonis veneremur. Itẽ sciẽdũ q triplex est rõ quare in pñti festo lumina portant. Prima rõ est ad remouendũ errorẽ antiquoz z malã consuetudinẽ: olim eñ candelis incẽsis in honorẽ martis (q̃ ẽ de9 belli) oñi anno romã illumĩabãt: vt filijs suis victoriã sup inimicos pcederet. Sz talis cõsuetudo in meliorẽ est trãsmutata p Sergiũ papã vt xpiani cãdelis cereis in honorẽ inclite matris semel in anno ecclesiam illustrarẽt. Scõa rõ: qz symeõ z anna maria z ioseph venerabilẽ fecerũt pcessionẽ q̃ dominũ in templũ presentauerunt. sic sibi mõ faciem9 cereas in manu portãdo in Vginis marie z filij honorẽ. Tertia rõ est: qz sicut in candela sũt tria. s. cera ligmẽ z ignis: sic etiã illa tria in xpo significant: qz cera repsentat carnẽ xpi quã sumpsit de Vgine pura: sz ligmẽ conuolutũ in cera designat animã xpi cãdidissimã latentẽ in carne. i. i corpe humano. Sed ignis repsentat diuinitatẽ z etiã amorẽ: q̃ amore ipe de9 facit arderе corda nr̃a in amorẽ ei9. vñ. Hanc in honorẽ pie cãdelã porto marie. Accipe per cerã carnẽ de virgine verã. Per lumẽ numẽ maiestatisq̃ eacumẽ. Per hmẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

et ẽ aĩa sub carne latẽs ꝑ opima. Sic mystice (si volum⁹ placere deo) debemus gerere illa tria ĩ nobis: fidẽ verã: actionẽ bonã: ⁊ rectã intẽtionẽ: qz sicut cãdela extincta ꝺz mortua: sic fides sine opib⁹. Sꝫ lumẽ designat intẽtionẽ bonaz in corꝑe humano occultatã. Sꝫ ignis repꝛãtat desideriũ ad vitã eternã. Pꝛo terminis no. israel ẽ nomẽ regionis feminini gẽris indeclinabile ⁊ ponit hic ꝑ populo fideli: ⁊ ꝺz israel ab is qꝺ est vir. ⁊ ra videꝫ. ⁊ ei deũ q̃si vir videns deum.

¶ Istud est canticuz aliud q̃d cantat ob reuerẽtiã dñice resurrectionis. Et diuidit i duas partes principales. In p̃ma parte autoz recitat triumphalẽ resurrectionem christi In secunda ostendit cui xp̃us resurgens primo apprruit. p̃ma ibi: resurgentis ⁊c. dicens (Fili⁹ dei) existens (spes nostra ⁊ gloria: surgens). i. resurgens (mane prima sabbati). s. in die dominico (redijt ab inferis). i. ab infernis (cum summa victoria: rege sceleris) id est principe peccati (victo) id est superato (cuius) scilicz filij dei (resurrectio) supple est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

(plena omni gaudio ⁊ cõsolatur omnia) ¶ Notandum q̃ septimana habet septem dies: q̃ a diuersis diuersimode nominati sũt. Siluester papa nominat illos dies ferias addendo nomĩa: vt ꝓma feria. secunda feria. tertia feria ⁊c. Et hoc modo apud nos ⁊ in cõi vsu nominari solent. Sed ꝓbi siue astronomi dies nominant a planetis dicẽtes: diẽ dñicum: diẽ solis: eo q̃ in ꝓma hora illi⁹ diei regnat sol talis planeta. ⁊ sic ꝓsequẽter ꝑ ordinem nominãt alios dies ꝑm nomina planetarum: verbi gratia. dies lune: dies martis: dies mercurij: dies iouis: dies veneris: dies saturni. Sed iudei dies septimane denominãt a sabbato: ita q̃ diem celebrem eorum sabbatũ denominãt: ⁊ tunc alios dies sequẽtes a sabbato denominant addendo nomĩa ordinẽ significantia. verbi grã. Prima dies sabbati. secũda dies sabbati. tertia sabbati ⁊c. Et siluester papa nominat dies ferias a ferio as are. qõ idem est q̃ cesso as are. qz omnibus diebꝰ cessare debemꝰ ab opibꝰ malis. Sed iudei diẽ celebrẽ eorũ sabbatum nominãt: nã sabbatuz idẽ est q̃ reqes ex eo q̃ deꝰ hoc die requieuit ab omni ope qõ patrauerat: ⁊ sic cõformiter ipi requiescunt a laboribꝰ: ⁊ tũc alios dies sequẽtes ab illo denominãt tanq̃ a dignio ri. Et sic ad ꝓpositũ ꝑ hoc q̃ autor dicit: manc ꝓma sabbati intelligit diẽ dñicũ: qui ꝓmꝰ est post sabbatũ iudaicũ. Itẽ no. autor in ꝓmo versu tangit dictũ Marci. xv. ꝺicẽtis:. Surgẽs iesus mane ꝓma sabbati apparuit marie Magdalene Et q̃ xp̃s mane debet resurgere ꝓdixit ꝓpheta in voce ꝑatris dicẽs: Exurge gloria mea ⁊c. Et sic in ꝑsona filij respõdit. Exurgã diluculo. i. manc: ⁊ xp̃s mane resurrexit ad designãdum q̃ mane. i. tpe iuuentutis surgere debemꝰ ad exercitium virtutũ: iuxta cõsiliũ sapiẽtis q̃ dicit: Bonũ est viro cum portauerit iugũ dñi ab adolescentia sua. Et alibi dicit sapiẽs. Fili ne tardes ꝙuerti ad dominũ. Itẽ no. sup hoc q̃ diẽ spes ⁊ glia: q̃ xp̃s ẽ spes ⁊ glia nr̃a hoc testat. b. Ber. di. vos q̃ estis in puluere expergiscimini ⁊ laudate: qz venit dñs cum salute: venit cum vnctione: venit cũ gloria: nũquid eñ sine salute iesus: aut sine vnctione xp̃s aut sine gloria venit ⁊ dei filius. quasi dicat nequaq̃.

Resurgens itaq̃ maria magdalena facta est prenuncia ferens christi fratribus eius morte tristibus expecta ta gaudia.

¶ Hic autor cõsequẽter ostendit cui xp̃s apparuit ꝓmo: ⁊ ẽ scda pars ꝓncipalis ⁊ diuidit in tres ptes. Primo oñdit q̃ xp̃s resurgẽs ꝓmo apparuit marie magdalene. Scõo cõmendat mariã magdalenam enumerãdo diuersa gña gratiarũ sibi impensa. Tertio dirigit preces suas ad mariã mag. Scda ibi: O beati oculi. Tertia ibi: o maria mater. Dicit aũt (itaq̃) ꝑ certe (maria mag. est facta prenũcia). i. nũciatrix (resurgẽtis xp̃i ferens). i. dicẽs (fratribus). i. discipulis (tristibꝰ morte). i. de morte (eiꝰ). s. xp̃i (expectata) id est preparata (gaudia) Notandũ q̃ xp̃s marie mag. ꝓmo apparuit quinq̃ de causis. Primo eo q̃ ardẽtius diligebat eũ. vñ Lu. vij. ꝺr: Dimissa sũt ei pcta multa qñ dilexit multum. Scõo vt xp̃s ostẽderet se mortuũ fuisse ꝑ pctõribus. vñ ꝺr in euãgelio Matth. Non veni vocare iustos sed pctõres. Tertio vt xp̃s ostenderet q̃ meretrices ⁊ publici pctõres precedrẽt sapientes in regno dei. vñ dicit in euãgelio Matth. Meretrices ⁊ publicani p̃cedent sapientes in regno dei. Quarto vt sicut mulier cui fuit nuncia mortis que mortẽ intulit: ita mulier. s. maria mag. esset nuncia vite. i. resurrectiõis xp̃i. Quita cã vt xp̃s ostenderet q̃ vbi magis abũdauit

delictū magis abūdaret ⁊ gr̄a: vt dic̄ apl̄s. igit̄ xp̄s marie mag. p̄mo apparuit: q̄ xp̄m surrexisse apl̄is nunciauit: vñ etiā apostola dicit̄. Scd̄o nota. de hoc ꝙ dicit ferens xp̄i fratribus: apl̄i dicūtur fratres xp̄i. vnde christus dixit mulierib⁹. Ite nunciate fratribus meis: q̄ illi erant tristes de morte xp̄i. vnde canit ecclesia: tristes erāt apostoli de nece sui dñi: sed postq̄ xp̄m surrexisse cognouerūt gauisi sunt vñ canit sancta mr̄ eccl̄ia discipuli viso dño. Tertio notandū: hoc de q̄ dicit expectata gaudia vnde xp̄s ante ei⁹ passionē discipulis suis predixit. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā et filius hominis tradet̄ ⁊c̄. illa em̄ gaudia expectauerūt discipuli sicut dominus ipsis promiserat.

O beati oculi q̄bus regē seculi morte iam deposita primū est intuita.

¶ Hic au. cōmēdat mariam magdalenā enumerando diuersa genera gratiarū. Et diuiditur in duo. p̄mo facit qd̄ dictum est. Scd̄o cōparat mariā mag. ad mariā matrē christi dicens: primo sic (O beati oculi) scz marie magdalene (q̄bus) scz oculis. ipsa (est intuita). i. vidit (regem seculi) id est christū (deposita iam morte). i. a mortuis resurgentem. ¶ Notandum de hoc ꝙ dicit beati oculi: illi oculi beati dicūtur qui christum viderunt. vnde iesus dixit in euangelio. Beati oculi qui vident que vos videtis. ¶ Item no. licet ex textu euangelij habeat̄ ꝙ christus marie magdalene p̄mo apparuit tamē firmiter est credendū ꝙ primo matri sue apparuit: que maxime de eius passione dolebat. Sed ꝙ euangeliste hoc non dicunt de maria matre christi qualiter christ⁹ sibi apparuit: forte ideo hoc est: quia euāgeliste volebant inducere ⁊ ꝓducere idoneos testes resurrectiōis xp̄i: sed maria mater christi nō poterat esse ydonea testis: quia mater de filio cōuenient̄ nō potest testimonium perhibere. Item nota de modo apparitionis qualiter xp̄s marie magdalene apparuit dicit̄ Johānis. xx. ꝙ maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit ⁊ ꝓspexit in monumentum ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes qui christum surrexisse testabantur: sed maria pre nimio amore iterum et iterum inclinauit se ad monumentū vt videret christum sepultum: post hoc conuersa est retrorsum ⁊ vidit iesum stantem: sed nesciebat ꝙ iesus esset: ⁊ dixit iesus: mulier quid ploras: que ait: tulerunt dominum meum ⁊ nescio vbi posuerunt eum: qui dixit ei: maria: ⁊ statim agnoscens eum procidebat ad pedes eius volens eum tangere dicēs: rabbi: qd̄ interpretatur magister ⁊c̄.

Hec est illa femina: cuius cuncta crimina ad christi vestigia ei⁹ lauit gratia. Que dum plorat ⁊ mens orat: facto clamat ꝙ cor amat iesum super omnia. Non ignorat quem adorat: qd̄ precetur iam deletur: qd̄ mens timet conscia.

¶ Hic autor cōmentdat mariam mag. enumerādo aliaz gratiam siue indulgentiam peccatorum suoruz di. (Hec) scz maria magdalena (est illa femina. cuius) scz femine (cūcta crimina) id est omnia delicta (lauit) id ē purgauit (gratia eius) scz christi (ad vestigia) id est ad pedes xp̄i (que) scz femina maria magdalena (clamat) id est demonstrat (facto) id est opere (dum plorat ⁊ mens orat. ꝙ cor) scz suum (amat iesū sup̄ omnia). i. pre oībus ⁊ ip̄a maria

magdalena (nō ignorat) .i. scit scz illū (quē adorat ⁊ qđ precatur) .i. rogat (iaz deletur (scz peccatū qđ (conscia mēs) .i. animꝰ marie magđ. bene sciēs (timet) .i. dolet se ꝑpetrasse. ¶ Notādū ꝙ maria mag. tribꝰ vicibꝰ legit̄ fleuisse ⁊ semꝑ magnū fructum cōsecutā esse. Primo legit̄ ꝙ fleuit in domo pharisei lauans lachrymis pedes dñi: ⁊ tunc cōsecuta fuit remissionē peccatorū: sicut habet̄ Luc. vij. Scđo fleuit de morte lazari fratris sui: ⁊ tūc cōsecuta est resuscitationē ipsiꝰ Tertio fleuit stās ad monumētū ⁊ querēs xp̄m: ⁊ tunc cōsecuta est xp̄i visionez et aspectum. Itē nota ꝙ maria magda. xp̄m mēte amauit: qđ ipsa ope ostendit: quia s̄m b. Greg. ꝓbatio dilectiōis exhibitio est opis. Ipsa igit̄ dilectionē mentis ope ostendit in eiꝰ cōuersione lauans lachrymis pedes dñi ⁊ ipsos osculās ⁊ tergendo vngēs. Ip̄a etiā christū in passione ⁊ morte eiꝰ dilexit ꝑmanēs cuz eo vsqz ad mortē eiꝰ. vñ scribit̄ in euange. Jo. xix. Stabant iuxta crucē iesu maria mater eiꝰ. soror matris eiꝰ maria cleophe ⁊ maria mag. Ipsa etiā dilectionē eiꝰ post mortē ostendit ip̄m mortuū querēs. Unde de ipsa canit sancta mater ecclesia: Uiuenti adherebat: mortuū querebat: merito igit̄ cuncta pctā eius sūt sibi dimissa: qm̄ dilexit multū. s. in morte ⁊ post mortem. ¶ Itē nota. de hoc ꝙ dicit nō ignorat quem adorat. ꝙ ex euangelio non habemus ꝙ maria in eius conuersione cum ad christum venit in domū pharisei orationē fecit per verba: sed per orationes. hic intelligēdi sunt gestus quos maria mag. habuit: lauando: osculādo: tergendo ⁊ vngendo: q̄ opa desideriū eius declarauerūt: qz indulgētiā peccatorum quesiuit. qđ desideriū xp̄s agnoscens dixit: Remittuntur tibi peccata tua. ⁊ iterū: Fides tua te saluam fecit. vade in pace. Ultimo no. de hoc qđ dicit mens timet conscia. dicit b. Greg. ꝙ maria mag. in seipsa grauiter erubescebat de turpitudine peccati: ꝯ nihil foris quo verecūdaret̄ esse credebat.

O maria mater pia. stella maris appellaris operum per merita. Matri xp̄i coequata: dum fuisti sic vocata: sed honore subdita.

¶ Hic au. iam comparat mariā mag. ad mariā matrē xp̄i penes nominationez ⁊ etiam operationez di. sic (O maria mag. pia mater tu appellar) i. nominaris (stella maris per merita) .i. dignitates (operꝝ) id bonoꝝ actuum. ⁊ tu maria es (coequata) .i. similis ⁊ equalis facta (matri christi dū fuisti vocata) .i. nominata (sic) scz maria ita ꝙ eodē nomine sicut ipsa mater xp̄i nominaris (sed) supple tu es (subdita) sibi (honore) .i. in honore: qz maria mag. multo inferior est ipsa beata virgine. ¶ Notandum circa litterā: ante conuersionē marie magda. ꝓpter multitudinē peccatorum appropriatum fuit hoc nomen peccatrix: ita ꝙ ab hominibꝰ peccatrix nominabatur. vñ Luc. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix. ¶ Scđo no. maria mag. bene dicit̄ stella maris: qz ipsa p̄mo vidit ⁊ nunciauit christū qui se in lib. Apocal. stellā matutinā nominat. Scđo cōuenięter dicit̄ stella maris. mare em̄ dicitur quasi amarū: sic etiam est de maria magdalena: qz ipsa maximam amaritudinē de suis peccatis habuit: vel dicitur stella maris intelligendo per mare seculum vel mundum: quia sicut stella maris nauigantibus ducatum p̄bet: sic maria mag. peccatoribus in presenti seculo laborantibus viam ⁊ modum salutifere penitentie premōstrauit. Unde ipsa omnibus peccatoribus ait. Non desperetis vos qui peccare soletis. Exemploqz meo vos supplicate deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Illa mundi impatrix. ista beata peccatrix: leticie ꝓmordia fuderũt in ecclesia. Illa eñ fuit porta: per quã salus est exorta. Hec resurgentis nuncia: mundũ replet leticia.

¶ Hic autor cõpat mariã magda. ad mariam matrẽ xp̃i penes eiꝰ opationẽ. scõo dirigit suas petiones ad mariã mag. di. (Illa). ſ. maria mater xp̃i exñs (impa. mõi: ista). ſ. ma. mag. exñs (bt̃a peccatrix) qz cõuersa fuit: ille due marie (fuderũt). i. ptulerẽt (ꝓmordia) id est ꝓncipia (leticie in eccle

sia). i. congregatone fideliũ hoc declarat in sequenti xp̃o di. (eñ) ꝑ qz (illa). ſ. maria mr̃ xp̃i (fuit porta: ꝑ quã) scz portã (est orta). i. nata (salꝰ). i. xp̃s (hec). ſ. maria mag. (nũcia) scz exñs (resurgentis) xp̃i (replet mundũ leticia.

O maria magdalena: audi vota laude plena: apud xp̃m choꝛ istũ clemẽter ꝯcilia. Ut fons summe pietatis: qui te lauit a pctis. seruos suos atq; mũdet data venia. amẽ dicãt ꝑ oñia

¶ Cõstrue (O maria magd. audi.). i. exaudi (vota). i. desideria nr̃a (plena laude) ſ. q̃ laudamꝰ te: t (cõcilia clementer istũ choꝛ). i. turbã (apud xp̃m) regẽ (vt fons ſũme pietatis q̃ lauit te) mariã magd. (a pctis mũdet. i. purget (seruos suos: atq;) ꝑ et (tuos seruos data venia). i. indulgẽtia pctõꝝ (dicãt) scz serui (ꝑ oña) scz secula (amen). i. fiat verũ. ¶ Notandũ conuenientia quã autor in lr̃a intendit inter matrẽ xp̃i t mariã magd. est hec: q ambe attulerũt nobis gaudia t ꝓncipia gaudioꝝ. Maria mr̃ xp̃i inq̃ tũ xp̃m genuit magnũ gaudiũ fuit. vñ angelꝰ pastoribꝰ dixit: Annuncio vobis gaudiũ magnũ. Sz maria mag. ꝓncipiũ gaudioꝝ attulit: qz resurrectionẽ xp̃i ꝓmo annũciauit: in q̃ resurrectiõe celũ t terra letant. Itẽ nota: de hoc q dicit autor: fons xp̃s ꝺr fons. iuxta dictũ beati Hiero. q̃ dicit: Si vulnus curare desideras: medicꝰ est. si febꝛibꝰ estuas: fons est. Ultimo nota: ad istũ fontem misericordie cucurrit maria magd. volens lauari aspiciens maculas sue turpitudinis. i. suoꝝ pctõꝝ que nõ erubuit.

Virginis marie laudes intonent xp̃iani. Eua tristis abstulit: sed maria ꝓtulit natum qui redemit peccatores. Jus et virtus modulo cõuenere mirando marie filius regnat viuos

¶ Istud est aliud canticũ qõ cantat ob reuerentiã b. marie in q̃ autor ꝛplorat beatã xp̃ginẽ q in resurrectiõe xp̃ianos conciliet suo filio dilecto. Ex isto est q hoc canticũ cantat de dña nr̃a circa festũ paſche. Et diuidit in tres ptes. In ꝑma pte dirigit petitões ad b. xp̃ginẽ ꝑ remissiõe pctõꝝ. In scõa dirigit petitionẽ ad bea. xp̃ginẽ ad quã ipa rñdet. In tertia oñdit cãm rõnabilẽ credulitatis. Quantuz ad ꝓmũ dicit (xp̃iani) scz hoĩes (intonent). i. decantent (laudes xp̃gini vel xp̃ginis marie) t subiũgit rõnẽ: qz (Eua tristis abstulit) scz nobis salutẽ. ſ. ꝑ ꝓuaricationẽ ꝓcepti (sed maria ꝓtulit natum). i. filium (qui redemit pctõres). ſ. morte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

sua(ius).i.potentia(⁊ virtus)scz marie v̄ginis(cōuenere).i.ꝯuenerunt (modulo mirando).i.mirabili mō.vñ(filiꝰ ma.)scz exñs deꝰ ⁊ hō (regnat viuus) ¶ Notandū scribit̄ Geñ.xxvij. Nūc ḡ fili mi acquiesce ꝯsilijs meis.hec v̄ba in ꝑsona marie ad pctōrē pñt dici. In quibꝰ v̄bis q̄nq̄ cōsiderant̄. Primo maternalis dilectio.vñ Esa. Nunq̄d pōt mulier obliuisci pueri sui vt nō misereat̄ illi Scd̄o tangit̄ filialis inclinatio.vñ in Geñ.orbabar.i.priuabar.vtroq̄ filio vno die.i.vnigenito filio ⁊ etiā peccatore. Tertio tangit̄ rō seu causa quare eā debemus audire.ipa em̄ in li.Sap̄.dicit:q̄ audit me nō cōfundet̄. Quarto quid sit cōsiliū.de q̄ ipa dicit in li.Sap̄. Transite ad me oms q̄ cōcupiscit̄ me ⁊ a generatiōibꝰ meis.i.virtutibꝰ meis q̄s generabo in vob̄ adimplemini. Quinto tangit̄ quid sit illud nūc:qñ dicit:nunc ergo fili ⁊c̄.hoc glosat btūs Ansel. dicēs. Nūc.i.sabbatinis diebꝰ ⁊ in oībꝰ festis seu festiuitatibꝰ v̄ginis gl̄iose. De tali nūc dicit p̄s. Hodie si vocē eiꝰ audieritis:nolite obdurare corda vr̄a ⁊c̄. Audiamus ḡ eam istis sabbatinis diebꝰ:qꝛ tales dies p̄ncipaliter cōsecrate sunt v̄gini gloriose:⁊ ergo hoc canticuz est sabbatis deputatum. ¶ Pro terminis nota.in tono est v̄bū compositū a p̄pōne in ⁊ a verbo tono: qd̄ s̄m aliquos solū inuenit̄ in tertia ꝑsona:sed ꝑ translationē seu ꝓsopopeiam ꝓut tm̄ valet sicut sono inuenit̄ in p̄ma ⁊ scd̄a ꝑsonis. Itez p̄ma mulier.s.eua fuit media inter serpentē ⁊ hominē faciens inter ipsos inimiciciam:et ergo sicut prima fuit causa mortis: sic secunda fuit causa vite.

Dic nobis maria virgo clemēs ⁊ pia quō mater sis facta adhuc tñ manēs intacta Angelus est testis missus ad me celestis processit de me spes mea: sed incredula manet iudea.

¶ Hic dirigit petitionem ad bea. v̄ginē cui ipsa respondet in scd̄o v̄su. O (maria virgo clemens)id est benigna ⁊ pia (dic nob̄ quō sis facta mater) scz xp̄i veri dei ⁊ hoīs(adhuc tñ manens intacta) scz a viro Deinde subiūgit rñsionē beate v̄ginis q̄ sic dic̄(Angelꝰ) scz gabriel(est cele.test̄ mis.ad me).s.a deo pr̄e(spes mea)hoc est xp̄s (ꝓcessit id ē tꝑalit̄ genitꝰ ē in mūdū(de me).i.vtero meo(sz iudea)scz plebs(manet incredula)scz xpm verū deū ⁊ hoīem ex me genitū ⁊ ꝑmansisse me v̄ginē non credens. ¶ Notandū scribit̄ ꝓuerb̄.xxv. Aufer rubiginē de argento ⁊ egredietur vas purissimū.hec v̄ba rōnabilit̄ pōt habere q̄libet pctōr ad b. v̄ginē sic dep̄cacatiue dicēdo. O btā v̄go maria aufer rubiginē.i.putredinē pctōꝝ de argento id ē de nr̄a ꝯscīa.⁊ egredieť vas purissimū.i.aīa clara absq̄ pctīs: ⁊ sic tūc p̄t dicere:sume vas purū ⁊ mitte in eo manū vel māna.i.cōiūge filiū tuū aīe nr̄e. Sz multorū vasa q̄ deberēt esse aurea ꝑ vite sanctitatē: facta sunt lutea ꝑ pctōrum multitudinē.si ḡ vas putridū debeat mundari:oꝑtet mūdant̄ oꝑatiōz esse efficacē:sed hec oꝑatio a sola v̄gine ꝓcedit:qꝛ ipsa purgatrix vicioꝝ d̄r ⁊ vasoꝝ sordidoꝝ:ḡ vtile est p̄ces ad eā extendere.vñ Bern̄. O maria diues sup oīa de cuius sub̄a modica ꝑs assumpta totiꝰ mūdi sufficit tollere delicta: ⁊ sic ptz vtilitas nr̄e redēptiōis ad ip̄am b.virginē. ¶ Pro termīs no.clemēs ē nomē adiectiuū cōꝑabile ⁊ mobile oīs generis. Sed intacta est ꝑticipiū decōposite figure.

Credendum est magis soli gabrieli forti q̄ iudeorū praue cohorti. Sci-

¶ Hic au.oñdit cām rōnabilē credētie di.(mag̃ ē credēdū soli gabrieli) scilz archangelo

mus xp̄m processisse ex maria vere: tu nobis nate rex miserere.

(forti) qꝛ interp̄tat̄ fortis (q̄ praue).i. ꝑuerse (cohorti).i. cōgregatiōi (iudeoꝝ: scim⁹) scz nos xp̄iani (xp̄m ꝓcessisse vere ex maria) scz v̄gine gl̄iosa: ḡ (tu rex) scilz xp̄e (nate) scz ex btā v̄gine (miserere nob̄ (cōdonādo nob̄ pctā amē. ¶ Notandū rō hui⁹ lr̄e p̄t haberi ex dict̄: qꝛ tenet̄ exaudire matrē: eo q̄ nos credim⁹ eā matrē xp̄i: ḡ diligētiori mō dz filiū ꝓ nobis implorare: vt qd̄ nr̄is meritis ꝓsequi non mereamur ei⁹ intercessione nobis donet̄. Jacob⁹ em̄ de voragine in suis sermonib⁹ nitit̄ ꝓbare hoc eē īpossibile. s. nos n̄ exaudiri a xp̄o ⁊ b. v̄gine: qꝛ ih̄s xp̄s est pat̄ ⁊ frater nr̄: ⁊ v̄go gl̄iosa soror ⁊ mr̄. p̄mū nitit̄ ꝓbare ex omel̄. q̄ d̄t bea. Greg. sup̄ hoc euangeliū Liber generationis ⁊c̄. Jp̄e em̄ est factor ⁊ pater oīm in se credentiū: sed qꝛ nos in eum credim⁹. igit̄ pr̄ noster est. Jdē ptz Math̄. vj qn̄ discipuli ignorātes quid deberent orare: Jesus dixit: pr̄ noster orabitis. Jtē alibi in euang. dicit̄ cōcessit nobis inuocantib⁹ orando vocare patrē. Scd̄m sic probat: qꝛ iesus est filius dei: ⁊ deus est pater: ⁊ nos filij eius: ⁊ ergo xp̄s frater noster est Maior tenet ex v̄itate fidei: Minor ptz ex orōne dn̄ica quā ponit euāgelista mathe⁹. pater noster qui es in celis. Deinde ꝓbat q̄ bea. virgo sit mater ⁊ soror nostra. Est primo q̄ mater: qꝛ genuit xp̄m fratrē nostrū: q̄re mater totius ecclesie nuncunpat̄. Etiam ipsa est soror nostra: qꝛ est filia dei cui⁹ nos filij sum⁹. Q̄ aūt sit filia ptz ꝑ ꝓphetam dicentem: Audi filia ⁊ vide. si ergo be. virgo est mater ⁊ soror nostra: rōnabile est q̄ intercedat ꝓ nobis: et etiam ip̄am diligenter implorabimus.

Laudes crucꝭ attollam⁹ nos q̄ crucis exultam⁹ speciali gl̄ia

¶ Hoc est aliud canticū in honorem sancte crucis compositum Et diuiditur in tres partes. In p̄ma tangit dignitatē sctē crucis. in scd̄a cōmēdat sctām crucē typice quantū ad figurā eius: in tertia dirigit petitiōes ad sctām crucem. scd̄a ibi: hec est scala. tertia ibi: o crux lignū ⁊c̄. Prima adhuc in duas diuidit̄ ꝑtes. p̄mo hortat̄ nos ad laudē sctē crucꝭ simpliciter. scd̄o facit hoc cum salutatione. scd̄a ibi: serui crucis ⁊c̄. dicit primo sic: (Nos) xp̄iani (attollam⁹).i. eleuem⁹ (laudes crucis) scz sctē (q̄ exultam⁹).id ē gaudemus (speciali gl̄ia).i. de spirituali gloria crucis.

Dulce melos tangat celos: dulce lignū dulci dignū credim⁹ melodia

¶ Construe (dulce melos. id est dulcis cantus (tangat celos) scilicet penetrando ip̄os ⁊ ad aures d̄i peruenie̅do: qꝛ nos (credimus: dulce lignum) scz sctē crucis scz esse (dignum dulci melidia) id est cantu suaui.

Voci vita nō discordet: dum vox vitā nō remordet: dulcꝭ est symphonia

¶ Construe (vita).i. operatio nostra (non discordet). id est cōtrarietur: sed potius cōcordet (voci) scilicet nostre q̄ laudam⁹ sctām crucē (dū vox) scz cant⁹ vel oratiōis (nō remordet).i. redarguit (vitam) ⁊ si hoc nobis fuerit (est dulcis symphonia) id est dulcis vocalis concordia. ¶ Notanduz sctā crux dupliciter cōmendat̄ seu cognoscit̄ scz quantū ad eius materiale ⁊ etiam formale ⁊ vtraq̄ cognitio plena refulget miraculis. vnde quantū ad eius materiale adhuc dupliciter cognoscitur scilicet in dispōne et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

effectu. In dispōne: legim⁹ em̄ in passionali ꝙ cū adam moriturus esset misit filium suū ad angelum custodem paradysi vt daret ei lignum scientie boni ⁊ mali in quo peccasset: ⁊ angel⁹ dedit sibi ramū: cū em̄ filius portasset ramū vsq; ad modicā distantiā a patre: pat̄ ei⁹ mortu⁹ erat. ⁊ cū venisset ⁊ eū mortuū inuenisset plantauit ramū sup̄ sepulchrū patris ei⁹. ⁊ transactis multis tp̄ibus cū Salomon edificaret templū dn̄i abscisa fuit arbor illa: sz nō potuit ad aliquā partez templi applicari. iō posita in trāsitum sup̄ flumē: postmodū venit regina de saba cum donis ⁊ muneribus volēs audire sapiētiā salomonis: vidēs hoc lignum noluit pedib⁹ trāsire p̄ hoc lignū: eo ꝙ cognouit redemptorē passurum in hoc ligno: qd̄ percipiēs salomō hoc lignū supra ianuā fecit suspendi: vt homīes ītroeuntes templū necessitate cōpulsi ob reuerentiā ligni capita inclinarēt. Sz post multū tp̄is spacium iudei hoc lignū accipientes in quendā lacū putridum p̄iecerunt vbi facta fuit piscina q̄ p̄batica piscina nuncupabat̄: in quā angel⁹ descendit s̄m tp̄s ⁊ mouebat aquas hui⁹ piscine ⁊ sanabat̄ ibi qui p̄mo ingressus erat ab om̄i infirmitate: sicut d̄r in euāgelio Johā. c. xv. Et remāsit ibi vsq; ad tempus passiōis dn̄i. ¶ Scd̄o no. Inuentio sctē crucis erat mirabilis in effectu p̄pter qd̄ festum ei⁹ colit sancta mr̄ ecclesia ex eo: qr cum ip̄e Constantin⁹ imp̄ator romanoꝝ leprosus fact⁹ esset habito cōsilio p̄ medicos iussus est in sanguine pueroꝝ balneari. ⁊ cū cōgregati essent multi pueri misericordia motus precepit ipsos parētibus restitui: de nocte dū dormiret vidit in somnis duos ap̄los. s. petrum ⁊ paulū dicētes sibi: quia pep̄cisti aīabus innocentū misit nos de⁹ vt te curemus a lepra: sed vade ad siluestrū papā ille dicet tibi quid factur⁹ sis. qd̄ cum fecisset ⁊ baptizatus esset curat⁹ est a lepra. sequēte v̄o nocte vidit ap̄los habētes signū sancte crucis in manib⁹ defendentes eū a multis inimicis: ⁊ cū recitasset matri sue helene sūmo desiderio p̄rexit in hierusalē ⁊ cogebat iudeos vt traderent ei iudā virū antiquū. ⁊ ille ostēdit ei locuz sancte crucis: ⁊ sic sancta crux erat inuēta. ¶ Tertio no. festū exultatiōis sancte crucis colit sancta mater ecclesia. Cū em̄ cosdras rex potētissim⁹ rapuisset sanctā crucē ⁊ locasset eam in throno suo a dextris suis: ⁊ p̄cepit se coli tanq̄ deum: Eracli⁹ imp̄ator nolens hec sustinere p̄pter fidem p̄ualuit cōtra eū: ⁊ occidit eū. sanctā crucē duxit in hierusalem quā ibidē honorifice exaltauit. ¶ Pro terminis no. melos est dictio neu. generis indecli. ⁊ valet tm̄ sicut dulce. ponit̄ tamē etiā p̄ cātu. Inde melodia ⁊ d̄r dulcis cātus. Et dicit̄ a melos qd̄ est dulce ⁊ odos cantus quasi dulcis cantus. Item symphonia dicit̄ cantus multum p̄porcionatus. ⁊ d̄r a sin qd̄ con ⁊ phonos sonus quasi cantus cū bono sono.

Serui crucis crucem laudāt: qui per crucē sibi gaudent vite dari munera Dicant omnes ⁊ dicāt singuli: aue salus totius seculi arbor salutifera.

¶ Hic iā autor hortat̄ nos ad laudē sancte crucis cū salutatione di. (Serui) id ē famuli (crucis laudāt crucem. q̄). s. serui (gaudēt dari sibi munera). i. dona (vite) scz eterne (p̄ crucē. dicāt oēs). i. simul et singuli). i. diuisim (dicāt) scz sic O (salus totius seculi) ⁊ (salutifera arbor. aue). i. sis salutata.

O q̄ felix q̄ preclara fuit hec salutis ara rubēs agni sanguine. Agni sine

¶ Construe (O q̄ felix. ⁊ (q̄ preclara). i. multū clara ⁊ nobilis (fuit hec ara salutis. ru-

macula: qui mundauit secula ab antiquo crimine.

bens. i. facta rubea (sanguine id ē de sanguine agni (Agni) dico (sine macula) .i. pctō) q̄ mūdauit secula) id ē homies in seculo (ab antiquo crimīe) .i. pctō ppetrato scz in antiqs tempibus p̄mozum parentū. ¶ Notandū scribit in sacra scriptura: nō repellit dñs in sempiternuz: sed miserebit ſm multitudinē miserationū suarū. In quo quidē verbo tanguntur duo. Primo tangit mysteriū eterne saluatiōis. Scō opus charitatiue dilectionis. Ad̄ circa p̄mū est sciendū. q̄ hō creat⁹ est ad imaginē. i. ad similitudinem dei. vt dr in lib. Heñ. Quis p peccatū cecidit: tamē ope saluatiōis erect⁹ est ⁊ ad gratiā reuocat⁹: qz antiquū cōsiliū nō potuit cōfundi: sicut scriptum est. Ipe saluum faciet populū suum a pctis eoz: ppterea ad fugiendū desperationē consolabatur hominē di. Hierusalem cito veniet salus tua: qz in erroze cōsumeris: nū quid cōsiliari⁹ nō est tibi: saluabo te ⁊ liberabo te. s. p signū sancte crucis. ¶ Circa scōm no. dñs intantū dilexit similitudinē sue creatiōis vt p homie sustineret martyriū dans p hoc exemplū: q̄ oñes vult saluos fieri nō respiciens multitudinē peccatozum. vñ Esa. j. dr. Si fuerint pctā tua sicut barena maris quasi nix dealbabunt. ⁊ si auerterit se iniustus ab omni iniquitate sua et fecerit iusticiā omniū iniquitatū suarū nō recordabor amplius. Itē no. vt qualit̄ p̄tactum est tunc helena coegit oñes iudeos in hierusalē vt dicerent ei locū vbi sancta crux erat abscondita: inter quos null⁹ erat q̄ de tali ligno quicq̄ audierat nisi vnus nomine iudas sic inquiens: Audiui ab auo meo de illo q̄ cum iacuit in agone dicebat ipsam esse in tali loco: ⁊ sic indicauit locū in quo foderūt p spaciū. xv. cubitorū: et p̄tinue exiuit immēsus odor. tandē inuenerūt signa vel tres cruces. salua grā matica: quaz vna fuit crux xp̄i: sed alie due ipsoz latronum: ⁊ sic nō potuerunt cognoscere que esset crux xp̄i: sed tulerunt inuenē mortuū sup quē due signa crucis apponebant: iuuenis autē nō surrexit: sed tertia sup̄apposita statim surrexit: et sic cognouerūt verā crucē xp̄i vnanimiter dicētes: Aue salus toti⁹ seculi. ⁊ sic sancta crux erat inuenta. ¶ Pro terminis no. Esa. dicit: q̄ li singuli voce caret singulari numero: sz significatiōe p aliū terminum restringit ad numerū singularem: sz tñ dicit q̄ potest habere singu. ⁊ pluralē numerū ſm cōem vsum grāmaticorū: qz nō solum reperitur in singulari: sz etiā in plurali ⁊ ecōuerso: vt singulus a um: vt in antep̄dicamētis vbi pbs dicit singulū eoz .i. q̄libet eorū. Item rubens est participiū p̄ntis temporis deriuatū a verbo neutrali rubeo.

Hec est scala peccatorū: p quā christ⁹ rex celorū ad se traxit omnia. Cuius forma hoc ostendit: q̄ terrarū comp̄hendit quattuor confinia.

¶ Hic autor cōmēdat sanctā crucem hystorialit̄ ⁊ figurative. Et diuidit̄ qz p̄mo facit qđ dictū est. scō amplificat illas hystorias oñdēs beneficiū nobis illatū p x̄tutē sancte crucis. Et sūt quattuor hystorie in numero. scōa ibi: Hō sunt noua. tertia ibi: Nulla sal⁹. quarta ibi: Ligna legēs. Et dicit p̄mo sic (Hec) .s. crux (est scala peccatorū) .s. p quā ascendūt in celū (p quā) .s. scalā (xp̄s) exñs (rex celorū traxit ad se oñia) .i. oñes homies redemit quantū est ex se (cuius) s. crucis (forma) .i. dispositio (ostēdit hoc) xp̄m oīa ad se traxisse in cruce (que) scz crux (comp̄hendit quattuor cōfinia) .i. plagas (terrarū. ¶ Notādum. q̄ de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

hac schala in Gen̄. dicit̄ qn̄ iacob accepit benedictionē patris ⁊ requieuit ī quodam loco habēs lapidem sub capite. vidit in somno schalā celos tangentē ⁊ angelos dn̄i ascendentes ⁊ descendentes. hec schala fuit figura sancte crucis que tetigit celos quādo xp̄s ꝑ crucē attraxit ad se om̄ia. vn̄: Cum exaltatus fuero a terra in eleuatione crucis o m̄ia trahā ad me. Itē ꝑ istam sanctā crucem xp̄s ad se traxit oīa. qđ patet ex eo. nā figura ītersectionis duarū linearū ī angulis rectis transit in infinitū ⁊ in extremitatib⁹ in quattuor ꝑtibus: vt patet in ꝓportiōib⁹ euclidis: ⁊ ergo xp̄s traxit ad se oīa: qm̄ vltra plagā mūdi non dat̄ alia plaga q̄ posset hūc quaternarium fugere. Et ergo dicūt docto. ꝙ xp̄s stetit ī cruce extēsis pedibus ⁊ brachijs ad designādū ꝙ in amplexu totū mundū vellet liberare. ¶ Pro terminis nota. schala venit a scando. Inde schalo as are: ⁊ est successiue ascendere. Inde schalatim. Itē quattuor ꝑtes mūdi dicūtur cōsinia: qꝛ īmediate vna pars tangit aliam: ⁊ ꝑ hoc innuit̄ ꝙ ꝑ totū mundū quantū ad quattuor partes inueniūtur hoīes xp̄i passione redēpti. Itē ostēdo est verbū transitiuum compositum ab ob ⁊ tendo. b in s mutando. Inde venit ostentū. i. signum. Itez comprehendo est compositū a con ⁊ prehendo qđ idem est qđ prendo.

Non sūt noua sacramēta: nec recent̄ est inuenta crucis hec religio.

¶ Hic au. incidentalit̄ declarat scđam figurā hystorialem que est bimēbris. Primo rn̄dens antipoferc. i. tacite questioni. qꝛ diceret aliq̄s īmo festa sctē crucis sūt nouiter inuenta. Rn̄det magister di. (Sacramēta. s. sctē crucis (nō sūt noua nec hec religio). i. sancta veneratio crucis est recēter). i. nouiter (inuenta.

Ista dulces aquas fecit: ꝑ hanc silex aquas iecit moysi officio.

¶ Hic declarat hoc ꝑ duas figuras veteris testamēti. Prima est (Ista) scz sancta crux (fecit aquas). s. amaras (dulces) ⁊ (ꝑ hanc) scz crucē sanctā (silex). s. existens dur⁹ lapis (iecit) id est effudit (aquas) et hoc (officio). i. ꝑ officium (moysi) ¶ Notandū circa primā hystoriaz sicut recitatur Exo. xv. ꝙ cum filij israel ambulassent tribus dieb⁹ ꝑ solitudinē et non inueniebāt aquam: Et venerunt in marath nec poterant bibere aquas de marath eo ꝙ essent amare. Et murmurauit populus contra moysen dicens: quid bibemus. At ille clamauit ad dominū: qui ostēdit ei lignum: qđ cum misisset in aquas in dulcedinē verse sunt. Et hoc tangit littera cum dicit: ista dulces aquas fecit. Sed de scđa ꝑte huius sentētie legitur: cum filij israel essent in deserto nō habentes aquas murmurabāt cōtra moysen dicentes: da nobis aquas vt bibamus. ⁊ sic moyses ⁊ frater ei⁹ orabant ad dominū vt daret eis quicq̄ de aqua. ⁊ statim dixit: tange silicem cum virga et ipsa dabit vobis aquas. moyses procedens dixit ad populum. Audite rebelles ⁊ increduli nunquid poterim⁹ haurire aquam de petra: ⁊ sic percussit petram in modum crucis. et effluxerunt aque largissime vt biberet omnis populus cum iumentis ipsorum. Unde aqua fluens de petra significat lachrymas fluentes cum deuotione de ipso code: sed per sanctam crucem intelligitur christi passio. ¶ Pro terminis nota. recenter est aduerbium qualitatis a nomine recens id est nouus. Item religio est nomen feminini generis: ⁊ idem est ꝙ reuerentia vel virtus. Silex est nomen tertie declinationis ꝑm aliquos dubij generis. Sed iacio is est idē qđ iacto: ⁊ habet ieci in preterito.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Nulla salus est in domo si non cruce munit homo superliminaria. Neq; sensit gladium nec amisit filium quisquis egit talia.

¶ Hic declarat aliā hystoriā que est bimembris di. (Nulla salus est in domo). i. homine scz quocūq; (si homo non munit) signat (supliminaria) id est frontē (cruce) scz sancta (quisquis) id ē quicūq; (egit talia). s. signando frontem suā signo sancte crucis (nec sensit gladium). i. interfectionem (nec amisit filium) ¶ Notandum circa p̄mā partem hystorie legitur q̄ cum ezechiel in visione vidit angelū habentē attramentariū circa renes suos: ⁊ signauit supliminaria ipsius dom⁹ cū figura thau. ⁊ vidit alium sequentē cum gladio ⁊ vbi nō inueniebat signa ibi homines interficiebat. ⁊ hec fuit figura sancte crucis q̄ tantā habet virtutē custodiendi q̄ nullū nocumētum potest sequi. Et per suplimīaria ⁊ p̄ figurā thau intelligit q̄ quilibet fidelis tenetur se signare cū signo crucis in fronte ꝓpter defensionē nociuorum aduenientiū: ⁊ sic frōs dicit supliminare homīs. Circa scd̄am partē nota q̄ legitur in Gene. q̄ xp̄s tēptauit abraā dicēs: īmola filiuz tuū quē diligis Isaac in holocaustum supra mōtem quē mōstrauero tibi. Abraam nolēs supsedere mādatum dñi: transiuit cuz filio ⁊ ipsum posuit sup̄ struem lignorū in modum crucis: ⁊ statim dixit filius: pater ecce ligna: vbi est victima holocausti. pater rñdit: fili mi deus ꝓuidebit sibi holocaustū: ⁊ cū extenderet gladiū angelus apparuit di. Ne extendas manus tuas in puerū eo q̄ times dominū. ⁊ sic Isaac credit virtute sctē crucis esse saluatus a gladio patris. ¶ Pro terminis nota. munio est verbum quarte coniuga. Inde munimē. i. signaculum. Item supliminare est nomē neutri generis et dicitur supior pars ianue. Et componit a sup̄ ⁊ liminare.

Ligna legens in sarepta: spem salutis est adepta paup̄ muliercula. Sine lignis fidei nec lechitus olei valet nec farinula.

¶ Hic autor declarat aliam figurā p̄ quā commēdat sanctā crucem dicens: (Paup̄ muliercula legēs) colligens (ligna in sarepta). i. in hoc loco (adepta est). i. acquisiuit (spē salutis. nec lechitus olei). i. vas (nec farinula) id est farina (valet sine lignis fidei) id est sine ligno sancte crucis. ¶ Notandum circa illam sentētiam legitur. iij. Regū. xvij. q̄ helias ꝓpter vindictaz cuiusdā regis qui ip̄m p̄sequebatur rogauit dominū vt nō plueret sup̄ terrā trib⁹ annis ⁊ mēsibus sex. Ip̄e tandē esuriēs quasi fame cōsumptus clamauit ad dominū ⁊ dixit ei dñs: surge ⁊ vade in sarepta sydoniorū ibi viduā mulierē inuenies dic vt pascat te: ⁊ surrexit helyas ⁊ cum venisset añ ciuitatē egressa ē mulier cui dixit: nūquid habes aliq̄d in domo tua ad māducādū: ⁊ illa rñdit: nō habeo dñe q̄cq̄ nisi modicū farine: quātū pugill⁹ pōt cape ⁊ parū olei q̄ vngar: ⁊ vado colligere ligna vt faciā mihi ⁊ filio meo vt comedam⁹ ⁊ moriamur. Illa aūt mlier vt dicit beat⁹ Greg. fuit vxor Jone ꝓphete quā iudei vocabāt ionā. huic aūt mulieri dixit helyas: vade fac mihi p̄mū panē subcinericiū: vt comedā ⁊ fecit mulier ⁊ dixit ꝓpheta ad eā: hydria farine ⁊ lechit⁹ olei nō minuent ī domo tua iuxta v̄bū qd̄ misit dñs p̄ ꝓphetam ad mulierē. Et hoc miraculū s̄m doctores est factum virtute duoꝝ lignorū positorū ex transuerso in modum sancte crucis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

¶ Pro terminis no. sarepta est ppriũ nomẽ silue. Sz adepta est pticipiũ ptert ti tpis a Xbo deponẽ tali adipiscor. Itẽ muliercula est diminutiuũ a noĩe mulier Lechit⁹ est nomẽ masculini ge. ꝛ dr vas in qđ infundit oleum. Itẽ farinula est diminutiuũ a noĩe far q̃si de fare nata. i. de pinguedine frumenti.

In scripturis sub figuris ista latent sed iã patent crucis beneficia.

¶ Hic autor ꝓbat hystorias recitãdo miracula q̃ facta sũt ex bñficio sancte crucis in veteri testamento dicens (Ista) scilicet iam dicta (latent) id est sunt (abscondita in scripturis) scilicet sacris (sub figuris) id est sub signis (sed beneficia). id est miracula (crucis). scilicet sancte (patent). i. manifesta sunt (iam). i. in nouo testamento. ¶ Notandũ: postq̃ autor posuit diuersas hystorias veteris testamenti in quib⁹ scz crux fuit p̃figurata iam ponit signa noui testamenti q̃ miraculose p sanctã crucẽ facta sunt ꝛ p ordinẽ recitant: ꝛ q̃ tũ ad ꝑmũ legit in cronica regũ: q̃ multi gentiles conuersi sunt ad fidẽ Xtute sancte crucis ꝛ subiecti sunt romano imperio. Et ergo circa commendationẽ sancte crucis scribit Raban⁹. In te crux sancta reges ꝛ principes fidẽ recipiũt. in te angeli sua gaudia cumulata recipiunt. in te oĩa iura sue salutis cognoscunt. in te inferi retributionẽ sue fraudis agnoscunt.

Reges credũt hostes cedũt sola cruce: xp̃o duce: vnus fugat milia. Ista suos fortiores sp facit ꝛ victores morbos sanat et languores: reprimit demonia. Dat captiuis libertatẽ: vite cõfert nouitatẽ: ad antiquã dignitatẽ crux reduxit omnia.

¶ Hic annũerat beneficia sancte crucis dicens (Reges credunt) scilz sancte cruci. ꝛ (hostes cedunt) scz illis regibus: ꝛ (vnus fugat milia sola cruce: xp̃o). s. existẽte (duce: ista) scz crux (facit semp suos). s. famulos (fortiores ꝛ victores) ꝛ crux (sanat morbos ꝛ lãguores: ꝛ reprimit). id est. depellit (demonia) ꝛ hec sãcta crux (dat libertatem captiuis:) id est: carceratis: ꝛ tũc talis liberatio vel sancta crux (cõfert nouitatẽ vite) scz spũalis: ꝛ sancta crux (reduxit omnia ad antiquã dignitatem) scz quam in primis parentib⁹ amisimus. ¶ Circa p̃mũ nota: autor dicit: hostes cedunt: hoc bene ptz in Constantino qñ debuit pugnare cõtra paganos vidit in somno figurã sancte crucis ꝛ audiuit vocẽ: hoc signũ faciet q̃ tu eris victor inimicor̃ tuorũ si firmiter credas in ip̃m. ꝛ cũ Cõstãtinus venisset ad ppl'm: tunc millenarius numer⁹ erat respectu sui exercit⁹. sed constantin⁹ feliciter credens p virtutẽ sancte crucis oĩs superauit. Ex isto est q̃ hodierna die vexillũ impatorũ habet aquilã signatã in signũ sancte crucis. Etiam littera dicit: suos facit victores. hoc bñ patuit qñ Eraclius expugnauit Cosdram ꝛ omnẽ familiã suam: qz Eraclius Xtute sancte crucis effect⁹ est victor suorũ inimicor̃. Item dauid ꝓtectus ꝛ signat⁹ signo crucis Goliã superauit. ¶ Circa tertium nota: sancta crux sanat infirmitates hoĩm: qđ iterũ patet in Constantino impatore q̃ virtute sancte crucis curat⁹ est a lepra. vñ Bern. de Xtute sancte crucis ꝓcedit oĩs fruct⁹ sanitatis ꝛ vite. Itẽ Raban⁹. tu sancta crux peccatorũ remissio: pietatis exhibitio: meritorũ augmentatio: remediũ infirmorum. ¶ Circa quartũ no. sancta crux reprimit demones. vñ Paul⁹ ad Collossenses

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

per crucē expoliauit principatus ⁊ potestates infernales. Item Cassiodo. dicit: O crux victoria xp̄i: ꝑditio dyaboli: infernoꝝ destructio: celestium reformatio: mors infideliū: vitaq; iustoꝝ. ¶ Circa quintū nota: sancta crux dat libertatē captiuis. i. peccatoribꝰ. hoc intelligit̄ q̄ peccatores capti laqueo peccatoꝝ reuocantes ad memoriā xp̄m crucifixū reficiunt̄ a iugo pctōꝝ. ¶ Circa vltimū no. autor dicit: ad antiquā dignitatē. Vñ antiqua dignitas est hereditas paradisi a qua fuimꝰ expulsi ꝑ inobedientiā Ade ⁊ eue. sed xp̄s ascendens sanctā crucem sua humanitate nobis paradisum aperuit ⁊ reformauit. ¶ Pro terminis nota: latent est v̄bū neutrale: scd̄e cōiugatiōis. Itē latito as frequentatiuū. Itē xp̄o duce sunt duo ablatī in designatōe cōsequentie positi. ⁊ duce exponit̄ ꝑticipialr̄ Itē milia apd̄ antiquos erat oīs g'. plis nūe. ⁊ tm̄ declinabat̄. ntō hi ⁊ hc ⁊ hec milia: gtō hoꝝ ⁊ haꝝ ⁊ hoꝝ miliū. Sed milia apud modernos est tm̄ neutri generis. ⁊ declinat̄: ntō hec milia: gtō hoꝝ miliū ⁊c̄. vñꝰ. In triplici genere duz milia dicta fuere. Milia signati fuit tunc data congruitati.

O crux lignū triumphale mundi vera salus vale: inter ligna nullum tale fronde flore germine.

¶ Hic autor facit exclamationem ad sanctā crucem dicēs: (O crux). s. exñs (lignū triūphale). i. victoriale (vera salꝰ mundi) scz effectiue. qꝛ attulit salutē toti mūdo (vale). i. sis salutata (nullū). s. lignū (inter ligna oīa est tale). i. tā nobile (fronde). i. in fronde (flore). i. in flore (⁊ germine). i. in germine.

Medicina xp̄iana salua sanos: egros sana: quod nō valet vis humana fit in tuo nomine

O sancta crux existens (medicina christiana). i. christionorū (salua). i. conforta (sanos ⁊ tu sana egros). i. infirmos: qꝛ hoc (quod nō valet) id est potest (humana vis). i. virtus (fit in tuo nomine) id est virtute.

Assistentes crucis laudi: cōsecrator crucis audi: atq; seruos tue crucis pꝰ hāc vitā vere lucis trāsfer ad palacia

O xp̄e scz exñs (consecrator) id est sanctificator (crucis audi). i. exaudi (assistentes) id ē astantes (laudi crucis: atq;) ꝓ et (tu transfer) id est ꝑduc: (nos seruos). i. famulos (tue crucis ad palacia). i. habitacula (vere lucis) id est vite eterne (post hanc vitam). s. temporalem.

Quos tormentis vis seruire fac tormenta non sentire: sed cū dies venit ire cōfer nobis ⁊ largire sempiterna gaudia.

Et tu fac). s. illos (non sentire) id est percipere (tormēta) id est penas infernales (quos vis seruire tormentis). i. passionibus tuis in cruce passis: (sed tu confer) id est da (⁊ largire. i. cōcede ⁊ dona (sempiterna gaudia: cū dies ire) id ē iudicij (venit). ¶ Notandū autor cōmendat sanctaz crucem in tribus. s. in fronde: flore ⁊ germine. Primo in fronde: qꝛ ſm Damasce. Lignū sancte crucis fuit radicaliter in paradiso plātatum ⁊ compositum erat ex quattuor lignis. Primū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

erat cedrinum qđ erat in pede sancte crucis. Aliud erat cypressum: & illud supposuit pylatus quando scripsit titulū. Tertiū fuit de palmis. & illud fuit trāsuersum p medium. Quartū erat de oliua. vñ. Ligna crucis palma cedrus cipressus oliua. Pes cedrus: mediū cypressus oliuaq; summū. Palmaq; transuersum fuit in crucc lignū. Cedrus designat altitudinē cōtemplatiōis. Cypressus odorē bone opinionis. Palma designat fructū iusticie. Oliua lenitatē misericordie Scđo cōmendat in floze. vñ ꝑm Nicodemū hoc lignū sctē crucis fecit flozē damnatiōis & saluatiōis. de ꝑmo floze nō laudat. s. de floze dānatiōis: de quo adā in paradiso gustauit p quē mundū damnauit. Sz de floze saluatiōis quē portauit: qñ p sanguinē xꝑi hoc lignū fuit colozatū. Et iste flos fuit de quo dr in canticis. Ego sum flos campi & liliū conuallium. Tertio cōmendat ex germine. i. rōne fructus: qz suauissimū fructū ꝓtulit scz corp⁹ xꝑi traditū in preciū totius seculi. vnde in canticis. Et fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. Itē nota autor dicit: qđ nō valet vis humana: p hoc tangit xtus effectus sancte crucis de qua dicit Damasc. O speciosa crux p te euacuata est moꝛs ꝑmi parentis: & pctm̄ solutū: infern⁹ dānatus est & mund⁹ ad pristinā beatitudinis gr̄am reuocatus. Subiūgit: eris galea & scutū versus dyabolū: tu es dormientiū resurrectio: infirmoꝝ bacul⁹: virga cōuertentiū & ꝓtectio corꝑis & anime. Itē nota: qdā text⁹ habent: quos tormentis vis seuire. & tunc dr sic exponi l̄ra: O xꝑe cōforta tuos fideles q̄ ꝓpter te passionē sustinent ne in passionib⁹ & tribulationib⁹ deficere videant. Sz quidam hñt: vis seruire: tunc dr sic intelligi: O xꝑe cōserua tuos fideles q̄ seruiūt sancte cruci in hoc mundo. ¶ Pro termi. not. triumphale est nomen adiectiuū a nois triūph⁹: & dr a tris qđ est tres & phonoe son⁹ quasi triū pueroꝝ san⁹. Sz vale est xbū defectiuū neu. ge. cuius declinatio patet in alexandro. Sed vis sumitur hic p potestate. Item seuire est xbum quarte cōiugationis neutri ge. & sicat crudelit agere & habet seuiui in ꝓterito ꝓfecto. Itē largior est xbū commune habens vtranq; significationē: & habet largitus sum in ꝑterito.

Summi triūphū regis prosequamur laude: Qui celi qui terre regit sceptra inferni iure domito. Qui sese pro nobis redimendis per magnum dedit precium.

¶ Hic describit aliud canticū in quo ostendit materiā ascensionis dñi. Et diuidit in tres ptes. In prima ꝑte describit ipsius ascensionis inenarrabilem gr̄iam. In tertia applicat ea que premisit ad principalē materiā huius festi. secūda ibi: huic nomen. tertia ibi: veniq; saltum. Primo hortat nos ad laudem dei dicens: Nos (prosequamur laude). id est perfecte laudemus (triūphum) id est victoriā (regis summi) id est supremi (qui) rex (regit) id est gubernat (sceptra). i. regna (celi & terre: domito). i. refrenato & expugnato (iure). id est potestate (inferni qui) scz rex (dedit sese ꝓ magnum) id est valde magnū (precium) in ara sancte crucis (pro nobis redimendis) id est vt redimeret nos. Notandum scribit Esa. lxiiij. iste socius mihi formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis sue: in istis xbis ad cōmendationem huius festi tanguntur duo. Primo triumphus iesu christi passionis: cum dicit: iste socius noster formosus est. secundo tangitur inenarrabilis gloria: cū dicit: in multitudine virtutis sue. Quantū ad primū nota: q; ille terminus stola multipliciter sumitur. Primo d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

cit ornatus sacerdotalis. Secundo est vestis alba. vnde in Apocal. Stolis albis sequunt agnum quocunq; ierit. Tertio dicit vestis solennis. vnde in epistola Hiere. Jnduit stolā iocunditatis. Quarto ponit pro anima ⁊ corpore. vnde in Apocal. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Quinto capit p passione. ⁊ sic capitur hic qñ angeli dixerunt admiratiue: ille socius noster formosus est in stola sua id est in passione. Quantū ad scām tunc xp̄s ascendit cum magna multitudine: quia postq; comedit cum suis discipulis transiuit in montem oliueti: ⁊ statim nubes ordinata suscepit eum. nam xp̄s est primo ab angelo nunciat⁹. post hoc natus: circumcisus: in templo presentatus: passus ⁊ resurrexit vt ascenderet ad celum ad dexterā patris qui eum misit. Et hoc declarat: quia homo per peccatum p̄mi parentis. primo est captus in vinculis diaboli. sed hora passionis ⁊ resurrectionis xp̄i liberatus est: nunc autem ductus est ad patrem celestem: vt patet etiam per prophetam qui dicit. Ascendens christus in altum captiuā duxit captiuitatem sua virtute. ¶ Pro terminis nota. prosequor est verbum deponentale tertie coniugationis compositum a pro et sequor sequeris. secutus sum. id est imitari. Item domitus a um est participium futuri temporis deriuatum a verbo domor aris. Sed redimendus est participium futuri temporis huius verbi redimor quod componitur a re ⁊ emor mutando e in i: ⁊ interponendo d. per figuram que dicit Epenthesis.

huic nomen extat conueniens iditū
Nam transiliuit oñs strennue montes colliculosq; bethel.

¶ Hic autor describit inenumerabilem gloriam ascensionis christi. Et diuidit in duas partes. Primo imponit p primum nomen deo conueniēs sibi ex virtute ascensionis.

Scdo coparat vel transfert se ad materiam principalem. Secunda ibi: saltū de celo ⁊c. Prima dicit sic (iditum) id est transiliens (est conueniens). id est competens (nomen huic) scilicet christo (nam) pro quia (transiliuit strennue) id est: viriliter transiuit (oñs montes (q;) pro et (omnes colliculos bethel) illius regionis. ¶ Notandum: Jditum fuit proprium nomen viri: qui erat potens super omnes moabiticos. de quo Jdito legit primo Regum. q; erat velocissimus et agilissimus ad currendum: Et illum interfecit Abner filius Heronis principis. et sic per excellentiam quilibet velocissimi cursus ⁊ agilis in saltando potest dici vel vocari iditum: sic etiaz xp̄s triumphator merito ⁊ rationabiliter dicit iditum: quia magnum saltum fecit: qđ attestatur p̄pheta in psalmo. a summo celo egressio eius: et occursus eius vsq; ad summū eius Item littera dicit: bethel: per hoc intelligitur hierusalem que primo vocabat solima: qđ interpretatur pax: ⁊ in tali ciuitate christus pacificauit ⁊ reconciliauit nos patri. Secūdo vocatur salem. Unde legit in Gene. q; Melchisedech rex salem: id est hierusalem vinum et panem obtulit. Tertio vocatur Lusa: ⁊ est hebraice dictum. Quarto vocatur bethel: id est domus dei. Unde legitur in Gene. quando Jacob accepit benedictionem patris: ⁊ fugeret a facie fratris sui esau requicuit in quodam loco vbi vidit in somno scalam tangentem celum: ⁊ euigilans dixit: vere dominus est in loco isto: ⁊ ego nesciebā: ⁊ vocauit nomē loci bethel. ⁊ postea in eodē loco edificatū est templū dei. Quinto vocatur helia. vnde legit de sancto Jobe q; caput sancti Jo. fuit sepultū in helia. i. in hierusalē. Sexto vocatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

hierosolyma. Ultimo vocat̄ hierusalem. ⁊ hoc nomē est sibi impositum a p̄mis edificatoribus huius ciuitatis. Itē nota dicebat̄ in littera p̄cedenti q̄ xp̄s regit sceptra celi ⁊ terre: qꝛ ipse solus est p̄nceps totius mūdi: vñ hoc est de necessitate boni ordinis q̄ semꝑ sit vnū regens: qꝛ si nō esset vnꝰ rector celi ⁊ terre: tunc esset pluralitas p̄ncipū: qd̄ est detestabile vt patet ꝑ pb̄m. xij. metaph̄. qui dicit: Entia nolūt male regi. sit ḡ vnꝰ p̄nceps. Itē etiā dicebatur ibidē: īferni iure domito: qꝛ xp̄s descēdit in infernum ⁊ ibi cōtriuit dyaboli potestatē recipiēdo animas q̄ sibi placuerūt ⁊ eiꝰ volūtatē fecerūt. vñ oēs aīe hoīm q̄ fuerūt añ aduētū xp̄i mortui fuerūt in limbo īferni: sꝫ xp̄s motꝰ miscdia de ꝑditiōe haꝝ aīaꝝ ip̄as abstulit a ptāte dyabolica. ¶ Pro termīs no. cōueniēs ponit̄ hic ꝓ rōnabilit̄: ⁊ est nomē adiectiuum. Itē extat est verbum neutrale. ⁊ exponit̄ hic ꝓ est. Scd̄o modo significat apparere. inde venit exta ⁊ sunt intestina homīs. Itē iditū est ꝓprium nomē viri qui fortiter sciuit saltare: ⁊ est masculini gn̄is ⁊ indeclinabile. Transsiliuit est v̄bū quarte cōiugatiōis ⁊ cōponitur a trans ⁊ salio. Itē bethel est ꝓprium nomē ciuitatis feminini generis et indeclinabile.

Saltum de celo dedit in virginalem ventrē: inde in pelagꝰ seculi. Postq̄ illud suo mitigauit potētatu tetras flegetontis assilijt tenebras.

¶ Hic autor egredit̄ ad verā materiā huiꝰ festi ostendens q̄t modis xp̄s saltauit dicēs: xp̄s (dedit). i. fecit (saltuꝫ). i. descensum (in virginalem vētrem). i. vterū b. marie virginis (inde) id est postea xp̄s dedit saltū (in pelagꝰ) id est mare (seculi). i. huius mūdi (postq̄ mitigauit). i. pacificauit ⁊ cōpescuit (illud). s. pelagus huiꝰ mūdi (suo potentatu). i. ꝑ suā potentiā (ip̄e assilijt). i. saltauit (tetras). i. obscuras tenebras (flegetontis). i. inferni.

Principis illiꝰ disturbato imperio. Maniplis plurimis inde erutis mūdum illustrat suo iubare. Captiuitatemq̄ detentā inibi victor duxit secū Et rediuiuū iam suis se prebuit seruis ⁊ amicis.

sꝫ tres ꝑsone: attñ cõueniũt in vnã naturã deitatꝭ. vñꝰ. Rix glacies ⁊ aqua tria noĩa res tñ vna: Sic in ꝑsonis trinꝰ deꝰ est tñ vnꝰ. ¶ Itẽ sciẽdũ: deũ esse vnũ in substantia põt ꝑsuaderi ꝑ rõnẽ phisicalẽ. vt habeꝫ. vij. physicoꝝ. In mouẽtibꝰ ⁊ motis essentialiter subordinatis nõ cõtingit ꝓcedere in infinitũ: ⁊ ꝑ cõsequẽs daꝫ primus motor quo oĩa alia mouenꝫ: hoc q̃dem deꝰ est: qđ patet primo celi. Ab hoc q̃dem ente dependet celũ ⁊ tota natura. Itez đr ꝑmo Ethicoꝝ ꝙ non possunt esse duo optima: qꝛ sic exponendo suꝑlatiuũ negatiue. sequereꝫ ꝙ vnũ illoꝝ esset suꝑfluũ: ⁊ sic non pñt esse plures dij: qꝛ vel vnꝰ illoꝝ esset suꝑfluus. et sic nõ pñt esse plures: vel vnus haberet oẽs ꝑfectiões. alter ꝟo nõ: ⁊ sic vnꝰ eẽt imꝑfectꝰ: qđ absurdũ est dicere. vñ Arestoꝫ. xij. metaph. Entia nolunt disponi male: nec bonum pluralitas ꝑncipatuũ. vnꝰ sit ergo princeps. ¶ Pro terminis nota: sidera est nomen neutri generis a ꝟbo sido is ere. Item mare đr q̃si amarũ: qꝛ indulcorari non põt: qꝛ qñ aque dulces veniunt ad mare tunc natant sursum ⁊ ꝑ radios solares euaporanꝫ. Item arua est nomen neutri ge. ⁊ ꝟcat terrã fructuosam. Sed condita est ꝑticipiũ a verbo condor eris: qđ ꝟcat creari. Item abyssus est nomen feminini gꝭ. ⁊ diciꝫ ab a qđ sine ⁊ byssus clarus. quasi sine claritate. Sꝫ infima est suꝑlatiuꝰ huiꝰ qđ est infra. Sꝫ fateor est ꝟbũ deponentale secunde cõiugatiõis. ⁊ sumitur hic in bona significatione. ⁊ significat aliquid expresse dicere. Sed modulor aris est verbum deponentale: ⁊ significat cantare. Item organica est nomen abstractum a noĩe organum. ¶ Item littera dicit eya ⁊ eya: ꝑ hoc vult non solum ore deum laudare debemus: sed etiam corde. ⁊ eya est aduerbiũ hortandi. Item altitronus potest esse vnum nomen adiectiuũ compositum ex obliquo ⁊ recto.

O veneranda trinitas. O adorãda vnitas. Per te sumꝰ creati vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu charitas.

¶ Hec est tertia ⁊ vltima ꝑs: in qua autor facit exclamationem cũ directione petitionis ad ipsam indiuiduã essentiam vnitatis dicẽs (O venerãda trinitas) scꝫ in ꝑsonis (o adoranda vnitas). s. in essentia. o tu (vera eternitas) nos (sumꝰ creati ꝑ te O (tu summa charitas) nos (sumꝰ ꝑ te redempti)

Populum cunctum tu protege salua libera eripe et emunda. Te adoramus omnipotens: tibi canimus: tibi laus et gloria. Per infinita secula seculorum.

¶ Nũc supplicat trinitati di. O sancta trinitas (tu ꝓtege) id est defende (salua libera eripe ⁊ emuuda cũctũ populum) Et tunc referꝫ gloriã trinitati dicens: O (om̃ipotens) deus nos (adoramꝰ te) nos (tibi canimꝰ: tibi) scꝫ sit (laus ⁊ gloria: ꝑ infinita secula seculoꝝ) id est eternaliter. ¶ Notandum ex littera principaliter habentur duo. Primum est: ꝙ sumus creati per veram eternitatem: que est indiuidua trinitas: que est coeterna vnitati: vt patuit ex prehabitis. Secundum est ꝙ sumus redempti ab eterna morte charitate diuina: de qua dicitur Johannis. xv. capl'o. Maiorem charitatem nemo habet q̃ vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Item Joh̃is. iij. cap̃. Sic deus dilexit

mundū vt filiū suum vnigenitū daret p mundo. Itē Hiero. Magna est dilectio dare res: maior exponere corp⁹ p periculo: maxima sustinere mortem p amico ¶ Item lra dicit eternitas. Añ eternitas diuinitatis est triplex. s. eternitas potentie: qz ibi est eadez potentia in trib⁹ pſonis: vt patuit. Scōa est eternitas durationis: qz ille tres pſone eque durant: tam a parte ante q̄ a pte post: qz fili⁹ ōz sapientia patris: sed deus pater nunq̄ fuit sine sapientia. ergo nunq̄ fuit sine filio. Tertia est eternitas pfectionis: qz ille tres persone habēt eque pfectissimā essentiam: in qua essentia nō est aliud filij: nec aliud patris. sed bñ alius pat̄. alius filius t̄c. qz illa est vera: Pater est alius a filio: qz ali⁹ pſone diuersitatē dicit sed pater alia pſona a filio t spiritusancto est: g̃ t̄c. sed illa est heretica. pater est aliud filij: qz ly aliud dicit diuersitatē essentie. t sic esset sensus: q̄ essentia q̄ est inter patrē t filiū esset diuersa: sed hoc est falsum: g̃ t̄c. Item nota: autor in hac sententia hortat ad cōfessionē vere fidei: t postea inuitat nos ad cōmendationē sancte trinitatis. ¶ Pro quo vlterius nota: q̄ hec tota ſequentia est collecta ex symbolo athanasij. in quo ipse docet fidem catholicā: t ea que requirunt ad saluationem nostram. ¶ Item nota: ad fidem trinitatis trahimur triplici funiculo: q̄ funiculus triplex difficulter rumpit: quo trahimur de pfundo culpe: Iste est pater filius t spiritussanctus. vñ beat⁹ Aug. Funiculus fidei trinitatis nūq̄ consumit: cum tñ nō sit nouus sed antiquissim⁹: qz patriarcha abraaz vidit tres t vnū adorauit. Item in fide trinitatis tribus digitis apprehendim⁹ eam et in glozia collocamur. vñ Esa. xl. Quis appendit tribus digitis molem terre. vnde terra ecc̄liaz b̄cat: qz sicut sup aquas fundata est: sic ecclesia sup aquas baptismatis. vñ in ps. Quia ipse sup maria fundauit eam: fundata aūt est trib⁹ digitis id est fide trinitatis. vñ in euangelio: Baptisantes eos in noīe patris t filij t spiritussancti. ¶ Pro littera nota: autor dicit q̄ p eternitatē sumus creati: ad designandū q̄ eternitas sit coeterna trinitati. vt pz in lib. Geñ. pmo. vbi ōz: Faciamus hoīem ad imaginē t similitudinē nostrā. dicit eñ: faciam⁹: ppter trinitatē pſonaz in diuinis. t dicit imaginē in singulari: ppter vnitatem essentie: vt pri⁹ patuit in p̄ na sententia huius prose. Item seculū significat spacium centum annozum. Et ſm regulā prisciani: gtūs pluralis sup aliquē terminū reflex⁹ importat excellentiam: g̃ ōz in littera: secula seculozum: ad designandū excellentiā centenarij numeri in annis. sed cum addit infinita: per hoc eternitas designat que describi non potest nisi sub tempore infinito.

Lauda syon saluatorem: lauda ducē t pastorē in hymnis et canticis. Quantū potes tantū aude: quia maior omni laude nec laudare sufficis.

¶ Hec est alia sequentia que ī memoriā t reuerentiā glorioſi sacramenti corporis t sancti composita est. Et diuidit̄ principaliter in duas partes. In prima parte hortatur fideles ad laudē Christi. In secunda parte introducit principalem materiā hui⁹ festi. Scōa ibi: Laudis thema specialis. Pro primo dicit sic. O (syon) id est anima fidelis (lauda saluatorē: lauda ducē t pastorē) tuum (in hymnis). i. cum cantu exteriori (t canticis). i. sub iubilo interioris mentis. t o syon tu (aude q̄tū potes: qz) scz saluator tuus est (maior omni laude: nec sufficis) id est nō potes sufficienter (laudare) scz deū. ¶ Notandū est: q̄ sicut Dauid ,pheta scribit in psalmo, Memoriā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

fecit mirabiliū suoꝝ misericors ⁊ miserator dñs escā dedit timētibus se. In quibus verbis equidē ipse Dauid ꝓpheta describit memoriā mirobiliū tenendam quā ꝑparare fecit iesus ad esum agni paschalis in memoriā suoꝝ mirabiliū: qꝫ precepit vt discipuli haberēt memoriā de diuersis sermonib⁹ factis ⁊ auditis in cena dñi. ¶ Scō no. multiplex ponit esca. Prima ē esca refectiōis. de qua legitur. iij. Regꝫ. xvij. q helias venit ad viduā i sarepta que reficit eū sub pane subcinericio. Ista etiā esca refecerūt discipuli dominū post resurrectionem qñ venit ad eos ad mare tyberiadis dicēs: Filioli nunquid pulmētariū habetis ad manducandum. Scōa est esca recōciliationis: de qua legit. j. Regꝫ. Cum nabal vir cultus negasset Dauidi panē ⁊ aquā. ⁊ ipse dauid iurasset nabal occidere: vxor eius acceptis multis ferculis accessit ad dauid ⁊ remouit ꝑ talia fercula irā ei⁹ quia talis esca reconciliabat indignationē quā habuit dauid cōtra nabal. Tercia est esca superbie. de qua legit Hester ꝑmo. q rex assuerus fecit grāde conuiuium suis ꝓncipibus ⁊ militibus: in quo quidē cōuiuio regina superbie est electa. ⁊ regina humilitatis est assumpta. Quarta est esca manifestatiōis: de qua legitur in euāgelio Joh̄. vj. q dñs saciauit quinq̄ milia hominū de duobus piscibus ⁊ quinq̄ panibus: qꝫ sic manifestauit potētiā eius. Quinta est esca deceptionis: de qua legit in Heñ. q Jacob ꝑparauit patri suo escam. ⁊ cooperuit brachia sua et collum suū pellibus. ⁊ sic rapuit benedictionez fratris sui esau ⁊c. Sexta est esca traditiōis: quā ministrauerunt iudei christo crucifixo: vñ ꝓpheta in Ps̄. Et dederunt in escā meā fel. ⁊c. Septima fuit esca dilectiōis. de qua dr in euangelio. Sciens iesus qꝫ venit hora vt transeat de hoc mundo ad patrem fecit preparare cenam: ⁊ cena facta surrexit: ⁊ accepto lintheo lauit pedes discipulorum. Octaua esca est eterne glorificatiōis. de qua scribit in euangelio Luc̄. xxij. Et disponā vobis sicut disposuit mihi pater regnū: vt edatis ⁊ bibatis super mensam meā in regno meo. Sed inter oñes istas escas miserator dñs dedit timentibus se in hoc mūdo escaz optimā: que nō erat cōis sed sancta. Vñ legit. j. Regꝫ. cum Dauid peteret Abimelech sacerdotē vt daret ei panē. Respōdit. non habeo panē nisi panē ꝓpositionis. i. panem sanctum. Sic dominꝰ noster sacerdos ineternū ꝑm ordinem melchisedech panē ⁊ vinum offerens deo patri non habuit panem cōmunē: sed sanctum. Unde in euāgelio Johānis. vj. Panis quē ego dabo vobis caro mea est ⁊c. hunc panē dedit in escā timentibus se: in memoriā suorum mirabilium: ⁊ illā escam dabit in futura gloria: igit ad eius reuerentiaz et huius panis. ſ. corporis christi hec sequētia est composita. ¶ Itē no. dicit in littera. maior oñi laude. Ex hoc patet q deus ab homie sufficienter laudari nō potest. Unde autor theologice veritatis sic inqt. Diuina dignitas seu deitas tāta est q ipsa anima seu mēs humana cogitare de ea deficit: qꝫ incomprehensibilis est sensus eam nō percipit. qꝫ inuisibilis est: intellectus nō comprehendit. lingua eam nō explicat: qꝫ ineffabilis est. tempus eā nō mensurat: qꝫ interminabilis est: locus eā nō recipit. qꝫ incircūscriptibilis est. etiā scriptura eam nō explicat seu exprimit. qꝫ inestimabilis est. virtus eam nō attingit: qꝫ inaccessibilis est. desideria ⁊ vota transgredit: qꝫ incomparabilis est. Ergo breuiter dicit q oīs creatura ad deū comparata defectū habet: qꝫ comparatiōis finiti ad infinitum nulla ē ꝓportio. Item autor in littera vtit quadā figura que dicit Apostropha quia dirigit sermonem suum ad syon absentē: tanq̄ ad populū xp̄ianum presentem. Unde syon interpretat speculatio. ⁊ significat animā fidelem que speculat in cacumine eterno q. vñ dicit Esa. Syon regnabit deus tuꝰ speculatorum tuo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

rum. Unde speculatio diuinitatis sub hoc nomie syon cõprehendit: q; fideles sunt illuminati in speculo. i. in gratia incorruptibili in radio diuinitatis. ¶ Pro termis no. quantũ ꝛ tãtũ sũt aduerbia quãtitatis. Sz aude est imperatiu⁹ xbi neutro passiui. s. audeo. Itẽ sufficio põit ꝑ xbo absoluto: ꝛ cõponit a sub ꝛ facio

Laudis thema specialis panis viu⁹ ꝛ vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrũ duo dene datum nõ ambigitur. Sit laus plena: sit sonora: sit iucũda: sit decora mẽtis iubilatio. Dies eñ solẽnis agit in qua mẽse prima recolitur huius institutio. In hac mẽsa noui regis. nouũ pasca noue legis phase vetus terminat. Uetustatem nouitas: vmbram fugat veritas: nocte m lux m inxt.

¶ Hic autor introducit materiam ꝑncipalẽ huius festi. Et diuidit in duas partes. In ꝑma ꝓtractat materiã hystorialiter penes rẽ gestaz. In scõa ꝓtractat eã penes figurã prophetică mysterialiter. scõa ibi: (Ecce panis) Prima adhuc in duo. Primo ꝓtractat materiam hui⁹ festi ĩ gñali. Scõo ꝓsequitur eã magis in spãli ostendens miracula ꝓpter q̃ eius memoria est habẽda ibi: (Qõ in cena ꝛc.) Et dicit ꝑmo sic (panis viuus) scz in se (et vitalis). i. dans vitã alijs (ꝓponit hodie) scz nobis in die corpis xpi (thema). i. materia vel obiectũ (spãlis laudis. quẽ) scz panem (nõ ambigitur). i. non dubitat. s. esse (datũ duodene turbe fratrũ). i. apostolorum (in mensa sacre cene) id est vltime cene xpi. Tunc hortatur nos ad laudandum deum ꝛ ad gaudium spirituale dicens (Laus sit plena. i. ꝑfecta. ꝛ (sit sonora). i. bene sonãs. ꝛ (iubilatio mentis sit iucũda). i. amena. ꝛ sit decora). i. celebris (eñ) ꝑ quia (solẽnis dies agitur) id celebratur (in qua recolitur). i. memoria repetit (ꝑma institutio). i. erectio (huius mense) scz corporis ꝛ sanguinis xpi (in hac mẽsa nouũ pascha). i. transitus (noue legis). i. testamẽti (terminat). i. cessare facit (phase vetus). i. vetus pascha. ꝛ sic (nouitas) scz huius sacramẽti (fugat) id est depellit (vetustatem: et veritas fugat vmbram) id est figuram. ꝛ (lux eliminat) id est extirpat ꝛ expellit (noctem) ¶ Notandum. autor in lĩra facit duo. Primo ꝓtractat materiã huius sequentie in generali: vt ex isto sensu generali aliqua specialia poterint extirpari. Scõo hortat nos ad celebrationẽ huius festi. ¶ Circa primũ est sciendum. q̃ materia huius festi generalit est de virtute verbi diuini: qua virtute panis trãsmutatur in corpus ꝛ vinum in sanguinem. ad qõ credendum coadiuuat intellectus humanus de his que sumit ex inuentiõe humana: et de his que leguñ in sacra scriptura: ꝛ de his que videntur in natura. Uidem⁹ eñ q̃ nature rerũ cogruntur verbis ꝛ mutantur: sicut patet de incãtatoribꝰ. q̃ adiurant serpentes vt ad manus veniant. Item cũ verbis acutissimus gladius ebetatur: ita q̃ perdit acutiem ꝛ virtutẽ scindendi. Mirũ q̃ verbis diuine institutionis panis conuertatur in corpus ꝛ vinum in sanguinem ihesu christi: q; vnico verbo fecit oñia quando dixit: fiant ꝛ facta sunt. Itẽ no. circa illud qõ dicit panis viu⁹ ꝛ vitalis q; viu⁹ ꝛ vital differũt inter se. Uñ viuũ dr qõ in seipso viuit ꝛ habet vitã. Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

vitalis est qđ cōmunicat ad vitam. Primo modo homo dicit viuus. Scđo modo spiritus dicūtur vitales qui viuificant corpus. Sic ad ꝓpositum: cene dominice panis viuus est in se: quia absurdum est dicere deum mortuum vel non viuum. Etiam est panis vitalis quasi conferēs nobis vitam: quia sic deus dilexit mūdum vt filium suum daret pro mūdo: vt omnis qui credit in illum habeat vitam eternam. ¶ Item nota. dicitur in littera. hodie ꝓponitur. Ex quo patet q̄ iste panis vocat panis ꝓpositiōis. Vbi sciē dū q̄ ꝓpositio ē duplex. s. logicalis et theologicalis. de ꝑma nihil ad ꝓpositum. Sed propositio theologicalis est cōmunicatio panis celestis. ⁊ hec ꝓpositio originem habuit a melchisedech qui primo ꝓposuit panem ⁊ vinū in oblationem hostiarum. ⁊ postea cōmēdata per moysen cum fabricaret tabernaculum federis ⁊ ꝓpiciatorium: sed hec ꝓpositio impleta est ꝑ christū qui seipsuꝫ ꝓposuit discipulis in specie panis ⁊ vini dicēs: Accipite ⁊ comedite: hoc est enim corpus meum. ¶ Item nota. pascha nostrū sumpsit originē in cena domini: ⁊ fuit terminus veteris pasche iudeorum: quia pascha eorum erat quedā figura. vnde Apls prima ad Chorin. v. Nescitis qđ modicū fermentum totā massam corrūpit: expurgate vetus fermentum vt sitis noua consperſio: sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum immolatus est christus. Ergo littera bene dicit: vmbrā fugat veritas: quia pascha vetus fuit vmbra ⁊ figura noui testamēti. de quo dicit Apls ad Chorin. Quonīā omnia in figura ⁊ vmbra illius cōtingebant scz q̄ melchisedech panem ⁊ vinum obtulit: manna de celo pluit. Agnus paschalis occisus. Helyas panem subcinericiū comedit ⁊ ambulauit in fortitudine illius. Item dictum erat Samueli: quia dies veniet q̄ homo offeret argentum: ⁊ sacerdos reddet ei buccellam panis. Et huiusmodi multa leguntur in vmbra ⁊ figura: que illuminauit veritas hui⁹ sacramenti. ¶ Pro terminis nota. thema est nomen neutri generis tertie declinationis. Ambigo est idem qđ dubito: ⁊ componitur ab am. i. circum: ⁊ ago. ⁊ caret supino. Item quidam textus habent noctem lux illuminat: tunc exponitur sic (lux) id est veritas noui testamenti (illuminat noctem) id est patefacit figuras veteris testamēti. Aliqui habēt sic. noctē lux eluminat. ⁊ tūc exponitur sicut patuit. Et dicit elumino quasi extra limen. id est terminū pono

Quod in cena christus gessit faciendum hoc expressit in sui memoriam.
Docti sacris institutis: panem vinum in salutis consecramus hostiā.
Dogma datur christianis: q̄ in carnem transit panis: et vinum in sanguinem. Quod non sapis quod non vides animosa firmat fides: preter rerum ordinem.

¶ Hic autor ꝓtractat materiam huius festi magis in spāli. Et diuiditur in quinq̄ partes ꝑm q̄ autor ꝓtractat q̄nq̄ mirabilia circa illud sacramētum. Secunda ibi: Sub diuersis speciebus. Tertia ibi: A sumente non concisus. Quarta ibi: Sumunt boni sumūt mali. Quinta ibi: Fracto demum sacramēto nc ⁊c. Dicit primo sic. (christ⁹ exp̄s sit) id est precepit (hoc) scz esse (faciendū in sui memoriaz) id est commemorationem (qđ gessit) id est fecit (in cena)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Unde nos (docti) id eruditi (sacris institutis). i. diuinis cōstitutionib⁹ (cōsecramus panē ⁊ vinū in hostiā). i. sacrificiū (salutis) qđ est corpus ⁊ sanguis christi (Dogma) id est doctrina (datur christianis). s. hominib⁹ (ꝙ panis trāsit) id ē transsubstantiat̄ (in carnē) id est corp⁹ christi (⁊ vinū) transit ⁊ transmutat̄ (in sanguinē) christi: ⁊ (animosa). i. firma (fides firmat). i. cōfirmat (p̄ter ordinez rerū) scz illud (qđ nō sapis) scz gustu corporali: ⁊ (qđ nō vides) scz visu corpali. ¶ Notandū ꝙ mirabilia penes sacramentū corporis sunt inaudita ⁊ incōprehensibilia q̄tū ad humanā naturā. vñ ad Roma. xj. Quis em̄ cognouit sensum dñi: aut q̄s cōsiliari⁹ eius fuit: ⁊ igit̄ qđ sensu nō ꝑcipim⁹ operib⁹ fidei cōfirmamus: ⁊ hoc rōnabiliter: qꝛ multa cōtingunt in natura similia: ⁊ ḡ illa fide ꝑcipimus que nec visus nec aliquis sensuū potest enarrare: qꝛ panis solūmodo videt̄ ⁊ vinū: sed credit̄ ibi verū corp⁹ xp̄i ⁊ sanguis. vñ Greg. In sacr̄o altaris aliđ ē qđ credit̄ ⁊ aliud est qđ cernit̄. Hui⁹ signū ē in natura: nā a sensu cuiuslibet rei substantia cognoscit̄: nisi nature substantiaꝝ sup̄celestiū: q̄ sunt nobis ignote: qꝛ sunt a sensib⁹ nostris elongate ⁊ remote. videm⁹ em̄ albedinē: ⁊ color albus in corpore hoīs etiā videt̄: sed forma humana nō pōt videri nec apprehēdi nisi aliquo mō a posteriori. s. ꝑ eius effectus: sed nō pōt videri nec cognosci ꝑ causam. Sic dico: ꝙ in sacramento altaris accidentia. s. color: odor: sapor: rotunditas: ⁊ quantitas subsistunt sine substantia. vñ đr in metapħ. homo pōt intelligere accidens sine subiecto. s. dulcedinē sine melle: ⁊ albedinē sine niue. sed quicq̄d homo pōt intelligere hoc deus pōt facere ⁊ multo amplius. ⁊ ideo in illo sacramēto est dulcedo sine dulci: albedo sine albo: rotunditas sine rotundo ⁊c̄. Uñ sciendū in hoc ꝑfecte sunt vniuerse res hui⁹ mundi: qꝛ aliqñ de⁹ fecit mutationē accident̄ sine subiecto: sicut pz in aquis amar̄: vbi manifeste mutauit amaritudinē aque in dulcedinē. Etiā aliqñ mutat subiectū ⁊ accñs simul. vtz in aqua mutata in vinū: vbi mutata est substantia aque in substantiā vini: ⁊ color: odor et sapor aque sunt mutati in colorē: odorē ⁊ saporem vini. Si ergo deus mutauit accñs sine subiecto ⁊ aliqñ accñs cū subiecto: requisiuit ꝑfectio vniuersi ꝙ etiam mutaret substantiā sine accidente: vt fit in sacramento corporis xp̄i in altari: qđ a domino factū est. ⁊ est mirabile in oculis nostris. ¶ Itez đr in lr̄a: panis transit in carnē. i. in carne fit corpus dominicū ꝑ transsubstātiationē essentialē. ⁊ illa mutatio nō est naturalis sed miraculosa seu sup̄naturalis. ⁊ in tali transsubstantiatione manent accidentia ⁊ ꝓprietates. s. albedo que videt̄ in pane q̄ transsubstātiatus est in carnem: vt prius visum est. nec tñ ista accidentia velut quantitas ⁊ figura sunt in corpore christi: qꝛ in deū nullū cadit accidens ꝑpetuum: vt patet per cōmētatorē quinto physicoꝝ. Sz tñ cōtra hoc aliq̄s posset arguere. tñ pħs viij. metapħ. dicit: ꝙ om̄e accñs est in subiecto. Silr̄ habet̄. j. physicoꝝ. ꝙ nullū accñs est repibile extra subiectū. Ad hoc est dđm: ꝙ pħus loquit̄ ſm cursum naturalē. nō aūt ſm viā theologoꝝ ⁊ sup̄naturalē. ¶ Pro quo nota vlteri⁹ ꝙ triplex est mutatio. s. artificialis: naturalis ⁊ spūalis. Artificialis est: q̄ habet fieri ꝑ artē: sicut qñ vitrū fit ex cineribꝰ. Sz naturalis est duplex. s. substantialis ⁊ accidentalis. Accñtalis est: qñ idem subiectū manet sub diuersis accidētib⁹: sicut quando corp⁹ aliqđ mutat̄ de albedine in nigredinē. Sz qñ substantialis est qñ eadē materia manet sub diuersis formis substantialib⁹ sibijnuicē succedentib⁹. Exemplū: eadē materia q̄ nunc stat sub forma hoīs: postea stat sub forma cadaueris. Sed spūalis est: qñ nec materia nec subiectū manet: sed solū accñs. ⁊ illa vocat̄ sup̄naturalis: qꝛ in mutatione illa virtus sup̄naturalis pōt facere acciden

tia stare sine subiecto. ⁊ illa trãsmutatio fit in sacramento altaris. ¶ Pro terminis nota. exp̃mo cõponit̃ ab ex ⁊ premo is: ⁊ hz expressi in p̃terito. Sz animosus plura ꝑcat. Prĩo idem est qd̃ sapiens. Scd̃o idẽ est qd̃ supb⁹. Tertio idem est qd̃ fortis vel firm⁹. ⁊ sic capit̃ hic: ⁊ venit a noĩe anim⁹. Sed fides est nomẽ feminini generis quinte declinatiõis. ⁊ describit̃ sic: Fides est ꝯfidentia sine hesitatione nõ p̃cedente via demonstratiõis.

Sub diuersis specieb⁹: signis tm̃ et non reb⁹: latent res eximie. Caro cibus: sanguis potus: manet tñ christus totus sub vtraq; specie.

¶ Hic autor declarat secũdũ miraculũ di. (Res eximie latent). i. abscõdite sũt (sub diuersis spẽb⁹) scz panis ⁊ vini (tm̃ signis ⁊ nõ rebus) qz panis ⁊ vinũ transmutant̃ in verũ corp⁹ ⁊ sanguinem ꝛ christi Deinde declarat q̃ sũt ille res eximie dicens (Caro). s. xp̃i est (cib⁹) et (sanguis) xp̃i est (pot⁹: tñ christ⁹ manet tot⁹ sub vtraq; specie) scz panis ⁊ vini. ¶ Notandũ autor vult tantũ dicere: lz in altari videam⁹ diuersas spẽs. s. panis ⁊ vini: tñ non est credendũ ꝙ aliq̃ ꝑs dei sit sub vino tm̃: ⁊ aliq̃ ꝑs dei sit sub specie panis tm̃: nec credendũ est ꝙ ali⁹ de⁹ sit sub specie panis: ⁊ alius deus sub specie vini: sed sub vtraq; specie est vn⁹ verus deus tot⁹ incorruptibilis. ¶ Scd̃o nota: mysteriũ hui⁹ miraculi ꝓbat̃ ex q̃dam sil̃i in natura: qz videm⁹ ꝙ nix ⁊ glacies sunt spẽs distincte sub q̃bus tñ latet vna res. i. aqua. Sic etiã sub specie panis ⁊ vini latet corpus xp̃i integrũ et indiuisum. Vñ beat⁹ Aug⁹. circa hoc miraculũ recitat aliud incidentaliter dicens. Corp⁹ xp̃i sub plurib⁹ hostijs sub maiorib⁹ nõ ẽ mai⁹: vel sub minorib⁹ nõ est min⁹: nec augmẽtat̃ ex eo ꝙ multotiẽs a plurib⁹ ꝯficit̃. Hui⁹ eĩ sil̃e inuenim⁹ in Exo. de manna ꝑ qd̃ de⁹ pauit filios israel in deserto: qz ille q̃ pl⁹ collegit nõ habuit ergo plus q̃ ille q̃ minus collegit. Vñ tempore oportuno vn⁹ sacerdos ꝯsecrat plures partes: nõ tñ nisi vnũ corp⁹: ergo dicit: Hoc est em̃ corp⁹ meũ ⁊c̃. Idez exemplũ põt haberi de anima rõnali. videm⁹ em̃ ꝙ aĩa in corpe maiori nõ est maior: nec in corpe minori minor: qz nõ augmentat̃ aucto corpe: qz dicit ph̃s in li. de anima. ꝙ anima pueri est tam magna sicut anima viri ꝑfecte etatis. Sic etiã in ꝓposito in ꝑua hostia est tam magn⁹ de⁹ ⁊ ꝑfect⁹ sicut in magna. ¶ Pro terminis nota: lateo est verbũ neutrale secunde cõiugatiõis. Item res põt capi dupl̃r. Vno mõ ꝓut significat substantiã incorporeã ⁊ inuisibilẽ. ⁊ sic capit̃ hic: ⁊ d̃r a v̄bo reor. i. opinor: qz opinione ⁊ fide cognoscim⁹ illa miracula. Alio mõ capit̃ ꝓ substantia corporea. vt patet in Eberardo. Nõ de visibili ⁊c̃. Eximius est nomen adiectiuum mobile tm̃. ⁊ dicit̃ a verbo eximo is ere: qz homo nobilis debet esse exemptus vltra alios in dignitate.

A sumente non concisus: non confractus nec diuisns integer accipit̃. Sumit vn⁹ sumũt mille: quantũ isti tantum ille: nec sumptus consumitnr

¶ Hic autor declarat tertiuz miraculum dicens. xp̃s (accipit̃). i. sumitur (a sumente) id est manducante scz eum sacramentaliter (integer). scz sub vtraq; specie (non cõcisus nec confractus nec diuisus: vnus sumit) scz corpus xp̃i (⁊ mille sumunt) scz corpus christi: ⁊ (ille) vnus sumit (tantũ quantũ isti) scz mille (nec)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

scz xps (sumptus) ab vno vel a mille (consumit) ¶ Notandū huius miraculi si militudo reperit in natura: nam sicut forma humana tota et individua est in toto individuo: et nō magis in hoc q̄ in alio: et sicut plures boues nō sunt magis bo mo q̄ vnus q̄tū ad naturā humanā: sic ex natura corpis xp̄i recipit in hac portione totaliter et in qualibet pte totaliter: et si diminuunt spēs panis adhuc corpus xp̄i nō diminuit. Secundo nota circa vltimā ptem huius miraculi: cum ōz nec sumpt⁹ cōsumi. Similitudo huius miraculi habet in natura. nam videm⁹ q̄ vigor herbaz reficit visum vel alium sensum: attamen ex hoc nō corrumpit talis vigor vel nō diminuit. Illi etiā panes quib⁹ dñs saciauit quinq̄ milia hoīm lz diuisi fuerāt: nō tñ cōsumpti nec diminuti sunt: qz de istis q̄nq̄ panib⁹ et duobus piscib⁹ collecti sunt duodecim cophini fragmentoz. Sic a silī corp⁹ xp̄i nō diminuit nec cōsumit a sumente. Ideo dicit Damascē. Corp⁹ et sanguis iesu xp̄i in cōstitutionē corporis et anie transiens nō corrumpit nec ad secessum mittit. ¶ Pro quo vlterius sciendū: Aug⁹ cōionē corpis xp̄i monet aliud miraculum volens q̄ cadē magnitudo (quā xp̄s hz in celo: et quā habuit in ara crucis) in parua specie panis comprehendit. Añ legit q̄ Heliseus ppheta volens resuscitare puerū a mortuis: expandebat se sup puerū et posuit os eius sup os pueri: et oculos eius sup oculos pueri: silr et manus: et sic de toto corpore. Modo notū ē: q̄ facies viri maior est q̄ facies pueri. quō g̃ ppheta potuit coaptari faciei pueri vt essent oculi sup oculos: et os sup os: virtute diuina videt hoc factū esse in figurā hui⁹. Sic qō in hoc sacro gerit: vbi corp⁹ xp̄i non mensurat: sed sacramētaliter est contentū sub parua specie panis. Item videm⁹ naturaliter q̄ pupilla oculi recipit in se speciem magni montis: dūmodo videat montē. ecce sicut magn⁹ mons recipit in oculo: sic corpus xp̄i recipit in pua hostia. ¶ Pro terminis nota: integer est nomen adiectiuū. Sed concisus est participiū a verbo conscindor. Sed confractus est pticipiū pteriti temporis: et venit ab illo v̄bo confringor. Sed sumpt⁹ est pticipiū pteriti tpis a v̄bo passiuo sumor.

Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali: vite vel interit⁹. Mors est malis vita bonis: vide par⁊ sumptionis q̄ sit dispar exitus.

¶ Hic autor declarat quartū miraculum dicens: (boni sumunt) scz corpus xp̄i et (mali sumunt) corpus christi (tamē inequali sorte) id est dissimili euentu (vite vel interitus). i. mortis. et supple sumptio corporis christi (est mors) spiritualis (malis) id est peccatoribus (et vita) spiritualis (bonis). i. iustis. Et tunc dirigit sermonem suum ad nos dicens. O homo tu (vide) id est cōsidera (q̄ dispar exitus) id est dissimilis finis (sit patris) id est eiusdē (sumptionis) ¶ Notandū q̄ b. Aug. dicit: diligenter aduertendū est: cib⁹ iste sine mutatōe aliq̄b⁹ ē cib⁹ vite et aliquib⁹ est cibus mortis: vt qui iustus est iustificet: et q̄ in sordib⁹ est sordescat. Huius similitudo reperit in natura: qz eadem dulcedine vnius et eiusdem floris fit mel et venenum: mel in apibus: venenū in aranea. Sic etiam corp⁹ xp̄i fit iustis redemptio: peccatoribus v̄o eterna damnatio. ¶ Secundo nota. ex littera patet meritum et retributio cōmunicationis huius sacramenti: quia iustis ad gloriam: peccatorib⁹ v̄o ad eternam damnationem. Et ergo dicit apostol⁹. Probet autē seipm homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Addit: si q̄s manducauerit ex hoc saltem digne viuet in eternum. Sed per oppositum si q̄s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

manducauerit indigne iudicium sibi manducat. ¶ Tertio nota: hic solet queri cõmuniter vtrum corpus christi consecratum a presbytero peccatore minus sit consecratum q̃ a presbytero iusto. Respondetur Johannes de sacro busto sup summã raymundi q̃ non: quia corpus christi non cõsecrat per meritũ sacerdotis: sed virtute verborum: qz sacerdos nõ in propria psona: sed in persona dei loquit. mõ sicut deterius non fit per deteriorem: sic non fit melius per presbyterꝫ meliorem. ¶ Quarto nota. beatus Aug⁹. mouet adhuc aliud dubiũ penes sacramentum corporis xp̃i. cum christus sit magnus ⁊ immensus qualiter intrat os hominis sine lesione oris. Dicit sacra scriptura simile. et nullus christianus ignorat sicut christ⁹ ingressus est in vterum virginis sine corruptione virginis sic etiam potest intrare os hominis sine lesione ipsius. Similiter videm⁹ q̃ radij solares penetrant vitrum sine vitri corruptione: sic christus intrat os hominis sine oris lesione. ¶ Pro terminis nota: sorte est nomen feminini veriuatum a verbo sortior iris. Sed interitus est nomen quarte declinationis. Sed par et dispar sunt nomina omnis generis. Mors tis. f. t. est dissolutio corporis et anie vel priuatio vite. Et ponit pro qualibet destructione ⁊ corruptione. ⁊ dr a morsdeo des: qz mors mordet: vel a morsu p̃mi hominis q̃ vetite arboris pomũ mordens mortem incurrit.

Fracto demum sacramento: ne vacilles sed memento tantũ esse sub fragmento quantũ toto tegitur.

¶ Hic autor declarat quintũ ⁊ vltimũ miraculũ dicẽs (Ne vacilles). i. non dubites (sed memento). i. firmiter crede: (tantũ esse sub fragmento). i. sub particula hostie (quantuz tegit). i. continet (toto). i. sub tota hostia: ⁊ hoc (fracto sacramẽto) id est hostia in tres partes diuisa (demũ) id est circa finem misse.

Nulla rei fit scissura: signi tantuz fit fractura: qua nec status nec statura signati minuitur.

(Nulla fit scissura) id est diuisio (rei). id corpis xp̃i (sed tm̃ fit fractura). i. diuisio (signi) id est forme panis (qua). s. fractura: vel per quã fracturam (nec status) id est substantia: (nec statura) id est quantitas (signati). i. corporis christi qõ signatur ⁊ continet sub specie panis ⁊ vini (minuit). i. minorat. ¶ Notandũ p̃mo q̃ hui⁹ miraculi simile inuenim⁹ in natura. Sicut em̃ dicit beatus Aug⁹. in li. de q̃ntitate aĩe. Anima humana in toto corpe est tota ⁊ indiuisibilis: ⁊ in ptib⁹ est tota. ergo p̃ hoc anima in capite est tota: in corde est tota: attamen in oĩb⁹ membris simul est solum vna anima. Similiter verbũ quod modo loquor plures audiũt: ⁊ quilibet vestrum habet hoc verbum in corde ⁊ in mente: attamen est nisi vnum verbum non derelinquens dictum de ore meo: non derelinquens aures vestras: et integrum penetrat ad omnia corda vestra. Sic christus (qui est verbuz patris) totus ⁊ integer fuit in sinu patris non derelinquens patrem: et intrauit in vterum virginis: sic totus vtrobiq̃ fuit: cum tamẽ vnus deus sit. Sic etiã celum non derelinquẽs in singulis altaribus: ⁊ in singulis hostijs: ⁊ in singulis partibus hostie est totus ⁊ integer in omnib⁹ simul vnus ⁊ indiuisus. Sed in oppositũ est hereticus q̃ dicit: q̃ illa similitudo claudicat: qz q̃ anima est tota in toto ⁊ tota in ptib⁹: hoc fit p cõiũctõnẽ ptium ad totum. Sed q̃ xp̃s est in ptib⁹ hostie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

hoc fit ꝙ diuisionē partium a toto: ꝙ nō est simile. Respōdetur ꝙ nō est possibile: qz multi hoīes possunt capere vnū verbū a' ꝓdicatore. ⁊ quilibet eorū in corde suo concipit illud verbū: licet a pluribꝰ percipiat auribus. Sic xps (qui vocat verbum pris) est totus ⁊ integer vbicūq; locorū: qz si huiusmodi naturalia ex naturalibus declarantur. multo fortius ꝙ supnaturalia superantur. Itē no. ꝙ sanctus Johānes in Apocal. dicit: de libro signato septem sigillis quē nullus ē dignus aperire. Per septē sigilla intelligūtur septē miracula circa illud sacramē tum. Primū est ꝙ idē deus manet pane consecrato qui fuit ante: hoc sigillū soluī tur: qz mea intentio potest fieri tua cognitio mediāte voce: ⁊ tamē eadem intentio manet in me que transiunt in te. Secūdū miraculū: ꝙ tanta magnitudo sub tam parua specie latet: ⁊ illud sigillum soluit a simili: qz species vnius ciuitatis et magni mōtis comprehendunt in oculo. Tertium est ꝙ tam magnum corpus intrat illesum ꝙ os hominis: hoc sigillū est solutum in precedentibus. Quartū miraculū. ꝙ ipse assumitur ⁊ nō consumitur. hoc em etiā prius patuit: qz herba odorifera sumit ab odorante: sed ipsa herba nō diminuit. Quintum miraculuz est ꝙ sacramētum venerabile corporis xpi multotiēs sumit a peccatoribus ⁊ ab immūdis hominibus. ⁊ tū nō polluitur. Illud sigilluz soluitur ꝙ radios solares qui mūdi sunt ⁊ cōiungunt immundis rebus. ⁊ propter hoc ipsi radij nō coinquinatur: multomagis ℞o inuisibilis ⁊ incōmutabilis veritas non potest coinquinari. Sextū miraculū est: ꝙ a pluribus sumit: ⁊ in pluribus locis conficitur. Illud sigillum soluit: qz lumē candele plura loca illuminat simul ⁊ semel vna cādela manēs. Septimū miraculū. ꝙ ibi est quātitas sine quāto: dulcedo sine dulci. Solutio illius sigilli patet ex arte metaphisicali. vel etiā mathematicali q̄ ponit abstractionē accidentiū a subiecto. Et sic oīa sigilla ꝓposita huius libri sine lesione apta sūt. Unde littera securius legit vbi sigilla nō lacerātur: ſz illese manent. ¶ Pro terminis no. fracto sacramēto sūt duo ablatiui positi absolute. Item facillo idem est ꝙ dubito. ⁊ est ꝑme ꝓiu. Itē memēto est verbū defectiuū et habet oīa tpa a preterito formata. Itē signum ꝺr illud qꝺ cum apprehensū fuerit ducit nos in cognitionem alterius. Sed minuitur est verbum passiuum illius verbi minuo.

Ecce panis angelorum: factus cibus viatorū: vere panis filiorū: nō mittē dus canibus.

¶ Hic autor ꝓsequēter describit materiā corpis xpi ꝓphetice adducēdo figuras veteris testamēti. Et diuidit in duas partes. In ꝑma ꝑte facit qꝺ dictū est. In scḋa cōcludit sequētiā ꝙ quandā orationē. Scḋa ibi: Bone pastor. Et ꝑmo ostēdit figuras q̄ꝺ cōmēdat hoc sacramētū dicēs (Ecce). i. corpus xpi existēs (panis angelorum) supple est (factus cibꝰ viatorū). i. hominū in vita pñtis seculi laborantium: ⁊ existens (vere). i. veraciter (panis filiorꝫ) id est sanctorum hominū (nō mittendꝰ) id est dandus (canibus) id est prauis hominibus.

In figuris presignatur cū isaac immolatur: agnus pasce deputatur datur manna patribus.

¶ Predictus panis (ꝑsignatur). i. ꝑfiguratur (in figurꝭ) scz veteris testamēti (cū isaac immolat). i. sacrificat a patre abrahā (⁊ deputat agnus pasce cum dat manna patribus). s.

in deserto. ¶ Notandū autor tangit diuersas figuras quarū p̄ma est: ꝙ hoc sacramētum est panis angeloꝝ. de quo dicit Ps̄. Panē angelorū māducabit hō. Dicit̄ em̄ panis angeloꝝ: qꝛ req̄es angeloꝝ est in celis: ⁊ sic hoīes ⁊ angeli vtūtur eodē pane. vñ ad exaltationē hoīs d̄r in Ps̄. Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis ⁊c̄. Scd̄a figura est ꝙ iste panis est cibus viatorū. de quo legit̄. iij. Reg. xix. cū fames esset in terra ⁊ nō pluit sup terrā tribus annis ⁊ mensibus sex: venit Helyas ⁊ requieuit sub vmbra iuniperi vbi dormiēs ⁊ excitatus vidit panē subcinericiū ⁊ vas aque. ⁊ comedit ⁊ bibit: ⁊ ambulabat in fortitudine cibi illi⁹ quadragīta dieb⁹ ⁊ noctib⁹ vsq̄ ad montē dñi. Iste panis significat hoc viaticum qd̄ dñs iesus xp̄s iturus de hoc mūdo ad patrē suis discipulis dedit. Et q̄libet homo tenet̄ se p̄parare ad hoc viaticū in extremis vite sue. ⁊ cibabit eū dñs pane vite ⁊ intellect⁹. Tertia figura est illa s̄m quā dñs loquebat̄ mulieri chananee clamāti: miserere mei fili dauid: ⁊ cū discipuli audissent dixerunt: dñe dimitte eā: qꝛ clamat post nos. Iesus dixit: nō est bonū sumere panē filiorū ⁊ mittere canibus ad manducandum: Math̄. xv. Et ergo dicit littera. panis filiorum. Quarta figura est: que figurat̄ in abraā qñ immolabat filium suum isaac. Unde abraā pater multorū dicitur: ꝑ quē deus intelligit̄: q̄ immolauit filiū suū isaac. i. xp̄m: qꝛ ꝓprio filio suo nō pepercit: sꝫ pro nobis om̄ibus tradidit illū: ⁊ ergo dicit littera. cū isaac immolat̄. Quinta figura est: cū filij israel transirent ꝑ mare rubruꝫ immolauerūt agnū paschalem in egypto: sic ⁊ nos transituri de hoc mūdo debemus offerre agnū immaculatū. i. purā cōsciētiā si debem⁹ corp⁹ xp̄i accipere: ⁊ sic trāsire valeam⁹ ꝑ mare. i. de morte ad terrā ꝓmissionis. ergo dicit littera: agnus pasche deputatur. Sexta figura est. cū murmurasset ppl̄s ꝯtra dñm in deserto: qꝛ deficerēt in panib⁹: tūc pluit eis māna ꝑ sex dies ī heremo de quo collegit q̄libet iuxta suā mensurā. In die autē sexta collegerūt cibos duplices ꝓpter sabbatū: ⁊ s̄m voluntatē ipsorū habuit saporē cibus iste. Ps̄. Desiderium anime tribuisti eis: ⁊ ergo dicit lr̄a: māna datur patrib⁹ ¶ Itē no. Exo. xvj. legitur. cū filij israel inuenerūt māna dixerūt in se quid est hoc. Glo. dicit ꝙ hec questio quā tunc iudei mouebāt nunq̄ in lege fuit soluta: sꝫ ꝓpter admirationē panis iste vocat⁹ est māna. Sed hec questio soluta est in cena dñi: cū em̄ quererent iudei vel apl̄i quid est hoc. Christus rñdit: hoc est corpus meuꝫ: ⁊ sic illud manna fuit p̄sagium corpis xp̄i. ¶ Itē no. mittend⁹ est participiū a mittor eris. Isaac est nomē ꝓpriū indeclinabile: ⁊ interp̄tat̄ risus s̄m Papiā. Christus em̄ per eū p̄figuratus est risus ⁊ gaudiū omniū fidelium.

Bone pastor panis vere iesu nostri miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuētiū

¶ Hic au. ꝯsequēter concludit canticū suū ꝑ quandā orationē hui⁹ sacramēti deū īuocando dicēs: O (iesu bone pastor) et (vere panis miserere nostri. tu pasce) .i. foue nos scꝫ corpore tuo. ⁊ tu (tuere) .i. defende nos. ⁊ (fac nos videre bona) .s. eterna (in terra viuentiū) .i. in regno celorum. Iuxta illud Ps̄. Credo videre bona domini in terra viuentium.

Tu q̄ cūcta scis ⁊ vales q̄ nos pascis hic mortales: tu nos ibi cōmensales

(Tu) xpe (q̄ scis) .i. agnoscis et vales) .i. potes (cūcta. qui pascis) .i. nutris. s. cop̄e ⁊ sanguine tuo (hic) .i. in p̄nti se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

coheredes ⁊ sodales fac sctōrū ciuiū. culo (nos mortales) .s. hoīes (tu fac nos ibi .i. ī regno celorū (cōmēsales) .i. tecū comedētes (coheredes) .i. hereditatē celestis regni tecū possidentes (et) fac nos (sodales), .i. socios sanctorū ciuiū) .i. beatorū in celesti vita regnantiū. ¶ Notandū. hostia huⁱ⁹ sacr̄i debet habere q̄sdā p̄ditiōes respicientes materiā ipⁱ⁹ q̄bus hō debet pfrui spūaliter q̄ velit hāc hostiā digne māducare. ⁊ patēt in his metris. Candida: triticea: tenuis: nō magna: rotūda. Expers fermēti nō falsa sit hostia xp̄i. Primo em̄ hostia debet esse candida ⁊ munda: sic homo debet esse mūdus ⁊ cādidus p confessionem: cōtritionē ⁊ satisfactionē anteq̄ accedat ad mensam xp̄i. Scōo debet esse pfecta de puro tritico qō est dulce sic hō debet eē dulcis in ope ⁊ sermōe p charitatē pfectā. Tertio dz esse tenuis sic hō debet esse moderatⁱ⁹ in cibo ⁊ potu nō gulose viuēdo. vñ Exo. Nō habēt potestatē edere agnū q̄ seruiūt tabernaculis voluptatū. Quarto debet esse parua: sic homo debz esse paruⁱ⁹ ⁊ humil̄. Quinto debet esse rotūda: qz oīne rotundum ē mobile: sic hō debet esse mobilis ad bonū ⁊ īmobilis ad malū. Sexto dz esse sine fermēto. Vñ fermētū significat supbiā: qz sicut modicū fermenti corrūpit totā massam: sic hō qui vult digne accedere dz esse sine supbia ⁊ meditari dz q̄ vilis sit nature: qz dicit scriptura: Memēto hō qz cinis es ⁊ in cinerem reuerteris. Et alibi Eccl̄i. vij. Memorare nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis. Septimo dz esse nō salsa: sal em̄ facit homīes sitire: ⁊ significat auariciā: sic hō non dz esse auarⁱ⁹: qz auaricia est seruitⁱ⁹ ydolorū. ¶ Itē sc̄ ēdū ad hostiā p̄seruādam requirūtur duo p̄incipaliter .s. intentio consecrantis: et intentio instituentis. Primo requiritur intentio consecrantis: quia si plures hostie ponerentur ad altare: ita q̄ vna illarū esset absconsa in medio altaris quā sacerdos ignoraret. tunc illa hostia sic tecta nō esset cōsecrata. Rō est qz intentio cōsecrātis ad illam nō ferebatur. Scōo req̄rit intētio instituētis: qz si sacerdos cōsecraret iocose totū cophinū repletū hostijs p directā formā verbor̄ nulla esset facta cōsecratio: quia nō fuit de intētione instituentis. ¶ Pro termīs no. bonⁱ⁹ pastor dz cuiⁱ⁹ sūt oues ppie. ⁊ ponit animā suā p ouibⁱ⁹ suis. vt p3 in cuāg. Joh. x. Sic ⁊ iā xp̄s fecit q̄n obtulit seip̄m p nobis in ara crucis. Itē pasco est verbū trāsituū tertie cōiugationis. Sed tueor ē v̄bū deponētale scōe cōiugatiōis. Sz cōmēsales dicunt hi q̄ in eadē mensa comedūt. Sz coheredes dicunt illi qui simul recipiūt aliquā hereditatē: ⁊ dz a con qō ē simul ⁊ heres: quasi conheredes deponēdo n.

SAncti baptiste christi p̄conis solēnia celebrātes mori bⁱ⁹ ipsum sequamur. Vt ad vitā quā p̄dixit asseclas suos pducat.

¶ Hec sequētia ob reuerētiā et gloriā sctī Johīs bap. ē cōpilata. In q̄ autor p̄incipaliter tria facit. Primo hortat nos ad eiⁱ⁹ solēnitatē seu festiuitatē celebrandā. Scōo inuocat sctm̄ Joh. declarādo ciⁱ⁹ natiuitatē. Tertio dirigit petitionem ad ipsū. scōa ibi: Deuoti ⁊c. tertia ibi: Tu qui p̄paras fidelīū. Dicēs. p̄mo nos (celebrātes) .i. cū celebritate venerātes (solēnia) .i. festiuitates (sctī baptiste) .s. Johānis (p̄conis) p̄nunciatoris (xp̄i sequamur ip̄m moribus) sanct̄ (vt) ipse sanctⁱ⁹ iohānes bap. (pducat suos asseclas) .i. sequētes vel seruos (ad vitā) scz eternā (quā p̄dixit) predicando. ¶ Notandū scribit Malach. iij. Ecce ego mittā vobis Helyam p̄phetam anteq̄ veniet dies dñi magnus ⁊ horribil̄. Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

intellectum illius ꝓphetie est notandū q̄ duplex est dies dñi. ſ. dies natiuitatis qui erat dies exultatiōis ⁊ leticie. Scōs dies est iudicij: qui erit dies miserie ⁊ damnatiōis. Et ſm hoc duplicē credimus fuisse heliā. ſ. heliam in corꝓre: et heliam in ſpiritu ⁊ virtute. Ille aūt duplex dies tangit in verbis ꝑdictis. Prima tangit ibi: cū dicit magnus: dicit enī magnus ꝓpter magnitudinem regis nati. Scōa dies tangit ibi: horribilis: q̄ illa est dies miserie ⁊ lamentabilis. Et hanc duplicē diem dñi precedit duplex helias. Mā ꝑmā diem precurrit helias in ſpiritu ⁊ virtute. Unde in euāg. Luce. j. Ipſe preibit ante illū in ſpiritu ⁊ virtute helie. Itē Matth. xj. Cum iohannes misisset ad ieſum diſcipulos vt interrogarent eum. Tu es q̄ ventur⁹ es an alium expectam⁹. Et reſpondens ieſus ait illis: Euntes renūciate iohāni q̄ audistis ⁊ vidistis ⁊c. Illis aūt abeuntibus cepit ieſus dicere ad turbas: A diebus iohannis baptiſte vſq̄ nunc regnum celorum vim patit. ⁊ ſi vultis recipere ipſe est helias qui venturus est. Sz scōm diem ꝑcedet helias in corꝓre: qui raptus est in paradiſum corꝓraliter: vt teſtimoniuz reddat in nouiſſimo die. ſicut dicit Regl. ij. Ipſe enim Helias ⁊ enoch ſunt teſtes de aduentu domini. dicit enim Methodius: Mittet enim dominus duos famulos ſinceriſſimos Enoch ⁊ heliam qui in eius teſtimonio fuerunt ad arguendum ipm inimicū. Dominus enī noſter Johannē baptiſtam commēdādo dicit: Quid existis in deſertum videre ꝓphetam. Etiam dico vobis ⁊ plus q̄ ꝓphetam: hic enī est de quo ſcriptum est. Ecce ego mitto angelū meum ante faciē tuam ⁊c. Amen dico vobis. nō ſurrexit inter natos mulierū maior Johanne baptiſta. ¶ Itē no. autor rogat ſanctū Johannē vt ſeruos ſuos ꝓducat ad vitam quā ꝑdixit ꝑdicādo: Penitentiā agite appropinquabit enī regnum celorū: hanc vitā oībus ꝑparauit. Fuit enī vox clamātis in deſerto: parate viā domino Matth. iij. ⁊ Eſa. xl. ¶ Pro termīs no. preco est nomē cōis generis: q̄ conuenit vtriq̄ ſexui. Sed ſolēnia est nomen neutri generis. ⁊ dr a verbo ſoleo ⁊ annus: quia ſolēnitates ſolent celebrari in ſingulis annis. Itē aſſecla est nomē cōmunis generis ꝑme declinationis. ⁊ dicitur a ꝟbo aſſequor aſſequeris: q̄ aſſecla ſequitur dñm ſuum. et est ſincopatū. Et ergo autor implorat ſanctum Johannem vt aſſeclas ſuos ꝓducat an vitā eternā. vel ſm alios ad viā q̄ dixit: pñiam agite.

Deuoti te ſanctiſſime hominuz amice ieſu chriſti flagitamus vt gaudia percipiamus. Apparens que zacharie gabriel reꝛomiſit qui tuam celebrarent obſequijs natiuitatem. Ut hec feſta eterna gaudia adipiſcamur Qua ſancti dei ſacris delicijs leti cō gaudent.

¶ Hic autor inuocat ſanctum Joh. cū hoc deſcribēs materiā natitatis ei⁹ dicēs. O iohānes (ſanctiſſime hominū ⁊ amice ieſu xp̄i) nos (deuoti flagitam⁹). i. rogam⁹ (te). ſ. iohannē (vt ꝓcipiam⁹). i. accipiamus (gaudia) ſupple celeſtia (q̄) ſupple gaudia (gabriel) ſupple angel⁹ (apparēs zacharie). ſ. p̄ri tui (reꝛomiſit ſupple ill⁹ (q̄celebrarēt). i. honorarēt (tuā natiuitatē). i. diē natalē (obſequijs). i. ſeruitijs (vt) nos (adipiſcamur) id est acquiramus (per hec feſta) ſcilicet natiuitatis tue (gaudia eterna) et hoc in patria (qua) ſcz patria (ſancti dei congaudent) id ē ſimul gaudent (leti) id est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

exultantes (sacris delicijs). i. spũalibus. ¶ Notandũ ꝙ beatꝰ Johãnes in pñti littera mltipliciť nomĩatur. Dicit̃ em̃ ꝓpheta ꝓpter p̃rogatiuã cognitiõis: qꝛ quicq̃d alij ꝓphete sub dubio dixerũt: ip̃e digito suo demõstrauit cũ dixit: Ecce agnus dei: ⁊ ergo ad cõmendationẽ ipsius dixit xp̃s: Quid existis in desertum videre ꝓphetam. dico vobis. hic est plus q̃ ꝓpheta: qꝛ inter natos mulierum nõ surrexit maior iohãne baptista. ¶ Scdõ dr̃ amicus dei ꝓpter p̃rogatiuã dilectionis: qꝛ intantũ xp̃s eũ dilexit: vt idem angelus q̃ deũ annunciauit incarnari ipsum etiã annũciauit nasci. ¶ Tertio vocat̃ lucerna ꝓpter prerogatiuã sanctiattis. vñ be. Greg. Non fuit vasti spaciũ ꝑ orbis sanctior quisq̃ genitꝰ Johãne. ¶ Quarto vocat̃ angelus ꝓpt̃ p̃rogatiuã dignitatis: cuius testimonium habet a patre celesti q̃ vocat cũ angelũ: sicut legit̃ de eo Malach. iij. Ecce mittam angelũ meũ ⁊c̃. Itẽ vocat̃ vox clamãtis in deserto. ꝓpter p̃rogatiuam p̃dicationis ⁊ humilitatis: qꝛ ipse docuit reuereri maiores ⁊ sup̃iores: qꝛ de seipso dixit: Qui de terra est de terra loquit̃. Et iterũ: Cuius nõ sum dignus soluere corrigiam calciamẽti. Etiã docuit aduentũ regni celorũ: quapropter dr̃ vox clamantis ⁊c̃. in quo est summa felicitas ⁊ beatitudo. ergo dixit: Penitẽtiã agite appropinquabit eĩ regnũ dei. Etiã dixit: parate viã dño. Itẽ vocat̃ helyas in spiritu et virtute: ⁊ hoc rõne officij: qꝛ ambo sũt p̃cursores dñi. Helyas in iudicio. Iohannes in heremo. Itẽ vocat̃ baptista xp̃i ꝓpter excellentiã mirabilis honoris quia ipse baptizauit xp̃m in iordane baptismũ nobis p̃parando. Itẽ vocatur p̃co. i. p̃cursor dñi: qꝛ p̃parauit viã dño. ¶ Pro quo sciendũ. ꝙ be. Johã. tripliciter fuit p̃cursor dñi. s. natiuitatis: predicationis: ⁊ passionis. Fuit em̃ precursor natiuitatis: qꝛ postq̃ cõcepit Elizabet mater eiꝰ ĩ mẽse sexto missus est gabriel angelus in ciuitatẽ galilee. Luc̃. j. ⁊ hoc patet ex eo: qꝛ post salutationem beata virgo maria salutauit Elizabeth cognatã suam: ⁊ ꝑ p̃sentiã dñi exultauit ĩfans in vtero matris. ⁊ sic cõstat ꝙ sanctꝰ iohãnes fuit sex mẽsibus p̃us natus in mũdo q̃ xp̃s. Scdõ fuit p̃cursor p̃dicatiõis. vt dr̃ Math. iij. In diebꝰ illis venit iohannes baptista p̃dicãs baptismũ penitẽtie. Fuit etiã p̃cursor passionis vno anno ante passionẽ xp̃i. ¶ Itẽ no. autor implorat iohãnẽ ꝓ gaudijs ab angelis repromissis. Dicit̃ em̃ in euãg. Et multi in natiuitate eius gaudebũt. Primo em̃ gauisi erãt eius amici ⁊ cognati carnales. Scdõ gaudent fideles xp̃iani spũaliter. Tertio gaudẽt sancti de natiuitate eiꝰ eternalit̃. ¶ Item no. dicit̃ in littera sanctissime hominũ. qd̃ patet ex predictis. vbi dicebat̃: Inter natos mulierũ ⁊c̃. Unde sanctꝰ Johãnes dr̃ magnus tripliciter: qꝛ fuit nunciꝰ in angelica salutatione: qꝛ postq̃ beata Elizabeth cõcepit mense sexto missus est angelꝰ gabriel ⁊c̃. ⁊ tunc sanctꝰ iohãnes ꝓpter p̃sentiam dñi. letabatur in vtero matris. Scdõ sanctus Johannes dicit̃ magnꝰ: qꝛ fuit sanctificatꝰ in vtero. Uñ de tribus legitur in theologia q̃ sũt sanctificati in vtero. Primus fuit Sampson. de quo legit̃ in libro iudicũ. ꝙ angelus venit ad vxorẽ Mayme q̃ dixit ei ꝙ esset paritura filium: qui sua fortitudine filios israel gubernaret. Scdõs fuit Hieremias. de quo legitur. Priusq̃ exires de vtero sanctificaui te. Tertius fuit sanctꝰ Johannes baptista: qui obtinuit p̃ncipatuz: qꝛ in annunciatione eius dixit angelꝰ: Hic erit magnus corã dño. Tertio dr̃ magnus in limbo inferni. vbi sancti patres fuerũt in desolatione: nõ ꝓpter diuturnitatẽ temp̃is: vel ꝓpter demonũ vicinitatem: sed ꝓpter diuine visionis priuationẽ. ⁊ ibi sanctus Johãnes ipsos letificauit. s. ꝙ cito essent liberãdi a vicinitate demonũ: ⁊ ꝙ societati angelorũ essent associãdi. primo fuit maior. scdõ maximus. ⁊ sic nullus maior eo surrexit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

¶ Pro terminis no. flagito est verbum trãsitiuum regẽs post se duplicem accusatiuum. vt habetur in Alexandro. Item adipiscor est verbum deponentale tertie coniugatiõis habens adeptum in supino. Sed apparens est participiũ deriuatum a verbo. Et dicit ab ad et pareo mutando d in p.

Tu qui preparas fidelium corda. Ne quid deuium vel lubricum deus in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra et facinora continua prece studeas absoluere.

¶ Item notandũ ꝙ isti reges ⁊ patriarche in littera recitati dicunt̃ patres beate virginis marie largo modo loquendi: sic etiam linea consanguinitatis incipitur ⁊ terminatur in quinto gradu. Sic vltra nõ datur respectus parentele: sed tamen beata virgo maria cõmendatur ex istis dupliciter. Primo ex virtutum largitudine: quia a principio creationis mundi ex illis deus eam elegit parentibus. Secundo beatissima virgo maria cõmendatur ex morum similitudine: quia omnes virtutes patrum in ipsa integraliter sunt collecte. ¶ Secundo nota beata virgo habuit complete sapientiã salomonis. Unde postq̃ salomon expertus esset de omnibus que sunt sub sole ⁊ vidisset in eis vanitatem ⁊ afflictionem dedit cor suum sapientie: ⁊ factus est sapientissimus hominũ: sicut testatur Eccli. Sic etiã virgo beata omnia gaudia mundana respuit tanq̃ vana. Tertio nota: legit̃ in libro Regũ: ꝙ ezechias egrotauit vsq; ad mortem: ⁊ introiuit ad eum Esaias filius amos dicens: Dispone domui tue qꝛ morieris ⁊ non viues Et cõuertit se ezechias cum fletu dicens: Obsecro dñe memento quomodo ambulaui coraz te corde perfecto: ⁊ qd̃ bonũ erat in oculis tuis feceram: adiecit dominus sup̃ dies eius multos annos. s. quindecim. Ecce q̃uis cõfitet̃ se habuisse ꝑfectum cor ⁊ rectũ: attamen cordis eius fortitudo est finita. Uñ legit̃ Esa. iij. Postq̃ ezechias cõualuit de infirmitate: nabuchodonosor rex babylonis misit ad eum nuncios suos cum muneribus ꝯgaudens ei quia cõualuisset ⁊ ezechias gauisus ostendens nuncijs om̃ia ornamẽta templi: quare iratꝰ est dñs cõtra eũ

et misit Esaiã ꝓphetam dicentẽ ei: qz ostendisti ornamẽta templi nuncijs regis babilonis: ecce oĩa hec ducent in babilonẽ. Rñdit ei ezechias dicẽs domin⁹ (qđ bonũ est in oculis suis) faciet fiat tñ pax in diebus meis: ⁊ sic cor ei⁹ est corruptum: q: dominũ irritauit ornamẽta templi ostẽdendo gentilib⁹. Itẽ nota sicut legit Reg. iij. Josias rex cum electus esset egit in oĩbus virtuose ⁊ religiose vltra oẽs reges q̃ ante eum erant in hierusalem. Abstulit eñ idola de domo dñi ⁊ ambulauit in oĩbus vijs patris sui dauid: ⁊ oẽs virtutes ei⁹ in beata virgine sunt ꝓfecte. Item no. ꝙ abraam summ⁹ patriarcha pater fidei est. Hã primo incepit fidem in circũcisione Isaac. vñ Geñ. xv. Abraam credidit deo: ⁊ reputatum est ei ad iusticiam. Hec etiã fides possidebat beatã virginẽ: qm̃ in ipsa sumpserat supplementũ. Unde priusq̃ veniret fides sub lege custodiebat cõclusa: qz reuelãda erat in xp̃o iesu. vt dicit ap̃s ad Gala. iiij. ¶ Pro terminis not. Salomõ: Ezechias: Josias sũt ꝓpria nomina virorꝫ. Sz sophia idem est ꝙ sapientia. ⁊ dr a sophos grece qđ est sapiẽtia latine. Itẽ nota ꝙ quidã libri habẽt cor rectũ: ⁊ aliqui habẽt cor ruptũ ⁊ vtrũqꝫ valet: qz ezechias ꝑmo habuit cor rectum: posteo vo habuit cor ruptum.

Sed quid nos istos recensemus heroas. Cum tuus natus oĩes precellat illos atq; cunctos p orbem. Nos hac die tibi gregatos serua virgo in lucem mundi: qua prodisti paritura celorum lumen.

¶ Hic autor comparat beatã virginẽ ad parẽtes penes excellentiã ⁊ excessum dicens: O maria (q̃d). i. ꝓpter quid (nos recensemus). i. enumeram⁹ (istos heroas). i. oĩos scz antiquos p̃res (cum) ꝑ ex quo (tuus natus) id est filius (precellat illos omnes. atq;) ꝑ et (cunctos per orbem) id ẽ congregatos (tibi hac die). i. in hac die (qua) scz die (ꝓdisti in lucẽ mũdi). i. in qua die tu nata es (paritura) id est genitura (lumẽ celorũ). i. xp̃m qui est lux mũdi. ¶ Nota autor in littera facit duo. Primo comparat beatã virginẽ ad parẽtes ꝑ excessus. vnde ꝑ talem excessum destruitur error barbarorꝫ: q̃ barbari dixerũt: ꝙ impossibile est fm naturam ꝙ homo ꝓficiat ⁊ trãseat de virtute in virtutẽ: ⁊ sic ad talem gradum queniat vt reddatur oĩno impeccabilis. ⁊ inde sequeret ꝙ aliquis homo posset inueniri ꝑfectior xp̃o. Sed iste error dãnatus est in clemẽtinis. ⁊ destruit hic in lr̃a: quia filius bonis gloriose p̃cellit oẽs patres: ⁊ nõ solum p̃res: imo oẽs homines per totum vniuersum. Et exquo ipsa est mater tãti filij: tũc merito fit petitio ad eam: nã ipsa est benignissima ad exaudiendũ: promptissima ad consulandũ: dulcissima ad interueniendũ: qđ patet in miraculis ei⁹. Hã legitur ꝙ quidaz sacerdos seu clericus deuotus circa dolorẽ quinqꝫ vulnerũ xp̃i mariã quottidie cõsolari studebat dicẽs: Gaude q̃ ab ãgelo gaudiũ suscepisti: gaude q̃ genuisti eterni luminis claritatẽ: gaude mater sancta dei genitrix virgo tu sola mater innupta te laudat oĩis creatura: genitrix lucis sis ꝑ nobis ꝓpetua interuentrix. Talis clericus cũ numio dolore ⁊ languore torqueret in extremis: pauere ⁊ trepidare incepit. cui virgo maria apparuit dicẽs sibi: Cur in tãto dolore trepidas qui tot tiens gaudiũ mihi nunciasti. gaude ⁊ tu eternaliter viues mecum veni dilecte mi: veni coronaberis. ¶ Pro termiñs no. reccnseo est verbũ transitiuum scõe cõiugationis ⁊ significat plura. Primo significat iudicare. Scõo numerare: ⁊ sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

sumitur in ꝓposito. Tertio significat cōputare. ⁊ sic sumit̄ in libro Reg. Recēsui om̄ia que fecit amalech israelitis ⁊c̄. Itē heros. i. dñs dictio greca: ⁊ ꝑm grecam declinationē habet heroas in accusatiuo plurali. Sed ꝓdeo. i. ꝓcedo. ⁊ cōponitur a ꝓ ⁊ eo interponēdo d.

Summiregis archangele michael intende quesumus nostris vocibus. Tu deū obsecra ꝓ nobis vt donet auxiliū miser⁊. Te nāq; ꝓfitemur esse supernorū ciuiū principem. Principalis est potestas a domino tibi data peccantes saluificare animas. Idem tenēs ꝑpetui potentiam paradysi omnes cōciues te honorant superi.

¶ Ista sequētia cantat̄ ad laudem ⁊ gloriā angelorū ⁊ omnium spirituū beatoꝝ. Et diuiditur in tres ꝑtes. Primo dirigit petitionē ad sanctum michaelem tanq̄ ad ꝑncipem angelorū: vt ipe intercedat ꝓ nobis ad dominū. Scdo commendat beatū michaelem respectu ministroꝝ sibi traditorum. Tertio dirigit petitionē ad plures angelos. Scda ibi: tu in tem. Tertia ibi. audi nos michael. dicēs primo sic: O (michael archangele summi regis. nos quesumus) id est rogam⁹ (tu intende nostris vocibus) scz quib⁹ te oramus (nāq;) ꝓ quia (nos ꝓfitemur te esse principem suꝑnorū ciuium) id est angelorum (tu obsecra). i. roga (deum ꝓ nobis vt mittat auxilium nobis miseris) O michael (ꝑncipalis potestas est tibi data a dño saluificare) id ē saluos facere peccantes animas. (Idem) scz michael (tenēs potētiam ꝑpetui paradysi) id est celi (⁊ om̄es superi cōciues). i. angeli (te honorāt. ¶ Notandū isti sūt qui quotti die assistūt ante thronū dei. ita scribit̄ Apoc̄. viij. In quib⁹ verbis tangit̄ mysterium celestis exercitus angelorū cui⁹ est om̄i tꝑe assistere coram deo ⁊ ei⁹ nutibus obedire. Pro quo vlteri⁹ sciendū ꝙ p̄sens festū d̄r memoria angelorum. ⁊ tamē in ipo agitur solēnitas ⁊ reuerētia omniū spirituū beatorū. licet intitulet̄ festum sancti michaelis a ꝑncipe omniū angelorū: qm̄ ipse est ꝑnceps militie celestis exercitus: ⁊ omniū animarū fidelium ipe ꝓpugnator est: sicut legit̄ in Daniele. In tꝑe illo surgit michael q̄ stet ꝓ filijs ppl̄i sui ꝯtra furorē draconis. Itē no. Phs dicit ⁊ cōmentator in libro de celo ⁊ mundo. ꝙ opinandū est de deo: ꝙ eius ꝯuersatio sit sicut regis in politia bene ordinata. Sicut em̄ rex habet primatos ⁊ ꝯsiliarios ī ꝓximo latere: vltra quos habet duces: milites: aduocatos et phasallos ꝑm gradū dignitatis: Sic estimandū est de deo ꝙ habet angelos in sui ministeriū ꝑm gradualitatē dignitatis distinctos. Quādo igitur volum⁹ placare deum oportet ꝙ ꝑmo transeam⁹ ꝑ media. s. ꝑ naturam angelicam: qm̄ ipsi angeli assistunt ante thronū dei. ⁊ ergo ad deprecādum naturā angelicam: autor posuit nobis istā sequentiā. Unde circa illud dicit be. Augusti. ꝙ angeli sunt nobis ad hoc deputati vt orōnes nostras ⁊ bona opa nostra portēt ante cōspectum trinitatis. vnde Ps̄. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. ⁊ iterum: In conspectu angelorum psallam tibi. ¶ Pro terminis no. Quesumus est verbū defectiuū nihil habēs nisi queso ⁊ quesum⁹ vt patet in Alexādro. Itē superi est nomē pluralis numeri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

De sancto michaele

Tu in templo dei thuribulum aureum visus es habuisse manibus inde scandens. Vapor aromate plurimo peruenit ante conspectū dei. Quando cum draconе magno cōmisisti p̄lium faucibus illius animas eruisti plurimas. Inde maximū agebatur in celo silentium: milia milium: dicebant: salus regi domino.

¶ Hic autor commēdat Michaelez penes quedā ministeria sibi a deo tradita dicens: O michael (tu es visus in manibus habuisse aureū thuribuluz in templo dei. inde). i. de quo thuribilo (vapor) id ē fumus (plurimo aromate). i. cum multo aromate (scandēs id est ascendens (peuenit ante cōspectum dei) Et o michael (tu eruisti). i. eripuisti (plurimas animas faucibus) .i. de potestate (illius) scz dracōis (quādo tu cōmisisti magnum prelium cuz magno dracone) id est dyabolo (Inde) id est de illo prelio (maximū silentiū agebat). i. fiebat (in celo. ⁊ milia miliū) scz angelorū dicebant (salus) scz (sit regi dño) ¶ Notandum primo sicut legitur in Apoc̄. Sanctus michael visus est stetisse in templo domini ⁊ habuisse thuribulū aureū in manu sua: de quo ascendit fumus aromatū. Ex quo patet q̄ ipse est custos humane nature: q̄ ipse quottidie ante deum habens thuribulū aureum clarefacit cōscientias iustorū in manu sua: quibus cōsciētijs dantur multa incensa p̄pter diuersas cremationes ignei amoris: sicut est amor igneus: amor p̄perans: fumus thuribuli. i. bona operatio ascendit in conspectu domini de manu angeli. Ip̄i eñ oñe opus bonū reuelant dño: ip̄i sunt bene habentes violas aureas plenas odoramētis que sūt oratiōes sancte iustorū hominum. ¶ Scō no. Legitur ibidē in Apoc̄. Factum est prelium magnū in celo et angeli eius prelibantur cū dracone: ⁊ draco repugnauit cōtra eos ⁊ nō valuit nec inuentus est locus eius amplius in celo. Ipse eñ est pugil fortissimus: q̄ interficiens dyabolum multas de potestate ei⁹ liberauit: ⁊ sic postea silentiū magnum factū est in celo ⁊ milia miliū dicebant: salus dño deo nostro. ¶ Tertio no. autor in littera dicit: cū dracone cōmisisti ⁊c̄. Unde sanct⁹ michael multiplicem obtinuit victoriā. Prima est quādo luciferū cum suis sequacib⁹ de celo expulit. Cum eñ lucifer equalitatē dei appetisset: archangelus michael ipsum cū omnibus sequacibus de celo expulit. Ad̄ haymo dicit q̄ aer fuit tam plen⁹ demonibus ⁊ malignis spiritib⁹ sicut radij solis athamis. i. minutissimis puluer ibus. Scā victoria est quā angeli quottidie de demonib⁹ obtinent dum p̄ nobis p̄tra eos pugnantes nos ab eorum tēptatione remouēt. ⁊ hoc triplicit̄. Primo potestatē demonum refrenādo. Scō concupiscentiā ⁊ irā malam refrigerando. Tertio memoriā dominice passiōis mētibus nostris imprimendo. Tertia victoria est: quā archangelus de antichristo habebit: quādo antichristus stabit in solio suo. Unde sicut dom⁹ iesus ascendit: ita ⁊ ipse antichristus ascendere cupiet: sed michael aduenies ip̄m interficiet vbi dyaboli in magna flamma ignis animā eius ad infernuz rapient. De tali prelio ⁊ victoria dicitur illud q̄ dicitur in Apoca. Factum est prelium magnum in celo. ¶ Item no. q̄ in celis triplex legitur eē hierarchia. scz summa: media ⁊ infima. ⁊ quelibet hierarchia continet tres ordines. Prima cōtinet angelos: archangelos ⁊ principatus. Se

cunda continet: fm assignationem beati Dionysij in libro de celesti hierarchia dominationes: virtutes ⁊ potestates. Tertia cõtinet cherubin: seraphin ⁊ thronos spirituũ. vnde versus. Spirituum nomẽ chori sunt sex isti. Angelus archãgelus: virtus: dominatio: principatus. Atq; potestates cherubin: seraphin q; throni. ¶ Pro terminis nota. Visus est participium preteriti temporis deriuatum a video⁊. Sed draco est nomen tertie declinationis masculini generis: et mouetur vt hic draco: hec dracena. Et differũt draco ⁊ traco. vnde versus. Bestia seua draco: via subterranea draco. Sed faux significat partem oris.

Audi nos michael archangele summe huc parum descende de poli sede nobis ferendo opem domini atq; leuamen. Tu nostros gabriel hostes prosterne tu raphael egris affer medelam: morbos absterge: culpas dele: nosq; fac interesse gaudijs beatorum.

¶ Hic iam autor dirigit petitionez ad plures angelos successiue. et primo ad sanctum Michaelem dicens (O Michael summe angele tu audi nos ⁊ descende) scz (per tuum adiutorium huc) id est ad nos (de sede poli) id ẽ de celo (ferendo) id est dãdo (nobis miseris opem) id est auxilium (atq;) pro et (leuamen) scz indulgentie. O (gabriel tu prosterne) id est cadere fac (nostros hostes) et o raphael tu affer) id est da (medelam) id est remoue (morbos) tu (dele culpas) id est noxas (q;) pro et (⁊ tu fac nos interesse gaudijs) scz celestib9 (beatorum. ¶ Notandum primo. hic enumerantur tantum tres angeli: in quibus omnes angeli cuiuscũq; ordinis dantur intelligi. ⁊ hoc ideo est: quia illi nobis notissimi sunt ⁊ etiam magis cogniti: ⁊ cuilibet est principale officium deputatũ quia Michael solet animas de potestate dyaboli eripere. Sed gabriel solet nostros hostes prosternere. ergo interpretatur gabriel quasi fortitudo dei. Sed raphael solet corpus ⁊ cõscientias mundare: et peccata delere: quia medicina dei vocatur. Scõo nota. hoc festum in memoriam angelorum decet nos celebrare multiplici ratione. Ipsi enim sunt custodes nostri: ministratores nostri: ⁊ conciues nostri. ⁊ orationũ nostrarum apud deum representatores: eterni regis nobilissimi milites. ⁊ tribulatorum consolatores. etiam animarum nostrarum in celum portatores. Primo igitur debemus eos honorare: quia sunt custodes nostri. cuilibet eim homini dantur duo angeli. vnus malus ad excitandum peccata. alius bonus ad custodiendũ homines in omni aduersitate. Scõo debemus angelos honorare: quia sũt mĩstratores nostri. Unde Aplus ad Hebreos. Sunt autem administratorij spirit9. oĩes enĩ mittuntur propter nos vt possint nos iuuare ⁊ insidias dyabolorum impugnare: eo q; vident nos auxilio eorũ egere: et malos angelos nos impugnare. Tertio debemus eos honorare: quia sũt fratres nostri ⁊ conciues. oĩes enim electi assumuntur ad ordines angelorum quidam ad supiores: q̃dam ad inferiores: quidam medios fm diuersitatem meritorum. Quarto debemus eos honorare: quia sunt animarum nostrarum in celum portatores. et hoc tripliciter. Primo viam preparando. vnde Malachie. iij. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem tuam. Scõo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

per viam paratam in celum portando. vñ in Exodo. Ecce ege mitto angelū meum qui custodiat te in via ⁊ ꝓducat te in terrā quā ꝓmisi patribus tuis. Tertio in celo collocando. vnde Lucas in euang. Factū est dum moreret ille mendic⁹ et portabat ab angelis in sinū abrae. Quinto debem⁹ eos honorare: qz ipsi sunt orationū nostrarū repsentatores ī cōspectu dei. vñ legit de raphaele in Thob. Quādo orabas cū lachrymis ⁊ mortuos sepeliebas ego obtuli orationē domino. Sexto debem⁹ eos honorare: qz ipsi sunt eterni regis milites nobilissimi. vnde Job. Numquid est numer⁹ militū eius. Sicut eñ videm⁹ in militibus alicuius regis q̄ quidā eorū semp in aula regia cōmorant: quidam ciuitates custodiunt: quidā vero regis inimicos expugnant: Ita etiā est inter milites christi: quia quidā in aula regia. s. in celo semp ante regem assistunt ad ei⁹ honorē cantica leticie decantēt. alij ciuitates custodiūt. s. qui nobis sunt ad custodiā deputati. vñ Esa. xij. Sup muros tuos hierusalem cōstitui custodes. alij xo hostes et demones expugnāt aīas nostras liberādo. Septimo debem⁹ eos honorare qua sunt tribulatorū consolatores. vñ Zacharie ꝑmo. Spūs dñi scz angelus q̄ loquebatur in me verba bona verba cōsolatoria. Et hoc faciunt angeli trib⁹ modis. ꝑmo in tribulatiōibus ꝓfortādo. vñ angel⁹ dixit Danieli: Noli timere pax tibi: ꝓfortare ⁊ esto robustus. Scō in patientia cōseruādo. vnde Ps. Angelis suis mādauit de te: vt custodiant te in oīnibus vijs tuis. Tertio tribulationem auferendo. qđ figuratū est Daniel. x. cū angelus dñi descendit cū tribus pueris in fornacem. ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantem. ¶ Pro termino. sedes est nomē femininū gnis. Sed intersum est verbū absolutum compositum ab inter ⁊ a verbo sum. Sed medela. id est remedium. ⁊ venit a verbo deponentali medeor.

VIrginalis turma sex⁹ iesu cristi que nexus dono sentis gratie. Flos candoris tui rubet: trucidari dum te iubet tortor pudicicie.

¶ Hec sequētia in honorem ⁊ laudem vndecim miliū virginum est composita q̄ principaliter diuidit ī tres ptes. Primo cōmendat castitatē virginalem passioni dedītā. Scō facit exclamationē ꝓtra passionem sanctarū virginum. scēa ibi: Britanorum insule. tertia ibi: O felix colonia. dicēs ꝑmo sic O (turma). i. turba (virginalis sexus. q̄ sentis). i. cognoscis ⁊ ꝓcipis (cōnexus). i. cōiunctiones iesu christi (dono). i. ex dono (gr̄e. flos tui cādoris). i. tue mūdicie (rubet) id fit rubens (cū tortor). i. punitor (pudicitie). i. castitatis (iubet). i. ꝓcipit (te trucidari). i. puniri. ¶ Notandū ꝑmo. scribit Apoc. xiiij. Hi sūt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati: virgines eñ sūt. In quibus verbis ad cōmendationem sanctar̄ virginū tanguntur duo. Primo cōditio virginitatis cū dicit: non sunt coinquinati. Scō cōmēdatio castitatis. cū subiungit: virgines sunt.

¶ Circa primū est sciendum. q̄ sex sunt cōditiones in virginitate conseruanda. Prima est humilitas. vñ Aug. Non solum predicanda est virginitas vt ametur verū etiā monenda est ne infletur. vñ Bern. Pulchra permixtio humilitatis et virginitatis placet deo. vñ Maria se virginem oblita gloriat de humilitate dicens. Quia respexit humilitatem ancille sue. Scēa est charitas. vñ Bern. Castitas sine charitate est lampas sine oleo. subtrahe oleum lampas nō lucet. tolle charitatem: castitas nō placebit deo. Tertio est tepiditas metuēda: qz quilibet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

opera sua ad que ꝓncipaliter tenet: facere debet cū diligentia: hilaritate ⁊ bona voluntate. Juxta illud .ij. Paralip. xix. Cū diligentia oīa facito: quia diligētia in oculis dei plus valet q̄ opus. Et hec diligentia nihil aliud est q̄ interna deuotio. Quarto est peccati vitatio. vñ Hiero. Illa virginitas hostia christi est quā nec mentis cogitatio nec carnis libido maculat. Quinta est cordis integritas. Unde cordis ostensio fit ꝑ ornatū exteriorē. ideo dicit Hiero. Pulcrā credo faciē: si hominibus apparere pulchrā nō studeas. Itē Eccle. Ue viro duplicis cordis qui vult placere deo ⁊ hominibus. Sexta est ꝑseuerātia. vñ Aug⁹. ad virgines dicit: Sequimini agnū tenendo perseuerantiam q̄ nouistis ardēter. facite q̄ potestis ne virginitas a vobis pereat cui nihil potestis facere vt redeat. ¶ Circa scōm dicit Bernū. Quid castitate decentius ⁊ magis decoris: q̄ mundum de immūdo: domesticū de hoste: angelū de homīe deniq; facit. Item Hiero. Pax castitatis credo suis sine appendicijs: possunt eñ vagari: in cibo q̄ abstinentia viuere. vñ Timotheus. Mulier in delicijs mortua est. Item habitus humilis: q̄ legitur in Genē. de thamar: deposita veste vicinitatis assumpsit alterū habitū: q̄n voluit carnali ope intendere. Et quia oīnibus his cōditionib⁹ iste sancte virgines fuerūt erudite in castitate ⁊ ꝑseuerantes. ideo hec sequentia in memoriā ipsa q̄ est compilata. ¶ Pro terminis nota. cōnexus est nomen quarte declinationis masculini generis deriuatū a verbo cōnecto tis. ⁊ significat copulam siue vinculum ⁊c.

Britanorum insule rector pater vrsule deo noth⁹ claruit. Hanc conam⁹ virginem propter pulchritudinē parem thori voluit.

¶ Hic autor ſpāliter cōmendat beatā Ursulā. Et diuiditur in tres ꝑtes. In quarum prima cōmendat be. Ursulā ꝑ ꝓstantiā castitatis. Scōo ostendit qualit̄ alias X̄gines secum ad martyrij palmā vocauit. Tertio ostendit qualit̄ romā puenerunt ⁊ ad locum martyrij redierūt. scōa ibi: Interim vrsula. tertia ibi: Relictis nauibus. dicēs ꝑmo (Rector). i. rex (insule britanor̄) existēs (pater vrsule. claruit). i. clarus fuit (notus deo) Alij volūt q̄ nothus fuerit ꝓprīū nomē illius regis: tunc sic exponit̄ (nothus rector). i. rex (insule britanorum patr̄ vrsule claruit). i. clarus fuit (deo) fuit eñ bon⁹ xp̄ian⁹ (hanc virginē) scz filiaz nothi. nomīe vrsulam (Conamus) existēs rex anglie (voluit) scz sibi fieri (parē thori) id est copulari in thoro ⁊ matrimonio (ꝓpter ei⁹ pulchritudinem.

Procos mittit ⁊ precatur: minis terret si spernatur. sibi poscens vrsulā. Pater eius iam baptismi: fonte lot⁹ paganismi prorsus vitat copulam.

¶ Et ille rex anglie (mittit ꝓcos). i. nuncios q̄ ꝓcentur ꝓ vrsula (⁊ p̄cat̄). i. rogāt. ⁊ etiam (terret). i. terrorē inducit (minis). i. ꝑ minas (si spernatur). i. cōtēnatur a pr̄e vel filia (poscens). i. petēs (sibi vrsulam). s. in cōiugem. Sz (pater ei⁹) scz vrsule (lotus). i. purgatus (iā fonte baptismi. vitat). i. recusat (prorsus). i. oīno (copulam). i. matrimonialem coniunctionē (paganismi). i. pagani. ¶ Notandum legitur in passionali. q̄ in britania fuit rex christianissim⁹ nomine Nothus vel maurus cui erat filia nomīe Ursula. hec mirabili morum bone-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

state: sapientia ⁊ pulchritudine pollebat. Rex autẽ anglie cõstantinus cum nimis prepotẽs esset ⁊ multas nationes suo imperio subiugasset: audita hui⁹ virginis fama: felicẽ se p̃ omnia fatebat si predicta virgo Vrsula suo filio vnigenito copularetur. Juuenis etiã ad hoc multũ estuabat. Mittũt ergo solẽnes nuncios ad patrẽ magnis p̃missionib⁹ ⁊ blandicijs magnis: ⁊ adijciẽtes minas se ad dominũ suum nõ credentes reuenire. Rex autẽ britanie incepit multũ anxiari ⁊ timuit. tum q̃ fide x̃pi insignitã cultori idolorũ tradere indignum esset ⁊ minime liceret: tum quia ipsam nullaten⁹ consentire cognosceret. ⁊ hoc est q̃ tangit hec prima pars huius sequentie. ¶ Pro terminis no. pcus est nomẽ scõe declinationis deriuatũ a verbo procor aris. ⁊ pcus dr ille qui agit opus nuptiarũ ex alterius iussione. Sed mine arum est nomẽ pluralis numeri deriuatũ a verbo minor aris. Sed paganismus mi. id est ritus ⁊ mos paganorũ. Et est nomen scõe declinatiõis descendens a nomine paganus: sicut x̃pianism⁹ a noñe x̃pian⁹.

Jnterim vrsula christi discipula docta p̃ somnium: statuit nuptias querens inducias trimatus spacium.

¶ Hic autor ostendit qualiter beata Vrsula assensum p̃buit ⁊ qualiter alias virgines ad palmã martyrij inuitauit dicens (Jnterim) .i. inter hec (vrsula discipula x̃pi docta p̃ somnium) id est visionẽ in somno (statuit) id est prefixit (nuptias. querẽs) .i. postulans (inducias) id est pro inducijs (spacium) id est tempus (trimatus) id est trium annorum.

Vice dotis cõiugij regine votis abiles dato sumptu nauigij coeue dantur nobiles.

¶ Et (nobiles) scz virgines (coeue) .i. coetanee (abiles) id est competentes (votis) .i. desiderijs (regine) scz vrsule (danẽ vice) .s. loco (dotis) .i. doni cõiugij. sumptu nauigij dato) id est expensis nauigij datis.

Vndena demum milia sponse transmittit virginũ: ducũt naues per maria curã spernẽtes hominum.

¶ Et rex anglie (trãsmitt spõse) .s. btẽ vrsule (vndena milia virginũ) ⁊ scz ille virgines (ducũt naues. p̃ maria) .i. p̃ mare (spernẽtes curã hoñm)

Aura flante lenius discedũt a littore huc illucq̃ sepius plano ludũt equore. Hinc manus feminea rexit dante domino naues quas basilea breui vidit termino.

¶ Et scz ille virgines (discedunt) .i. recedunt (a littore. aura) .i. vẽto (flante lenius) id est suaui⁹. ⁊ ipse (ludũt) .i. iocantur (huc. q̃) p̃ et (illuc sepi⁹ plano equore) id est trãquillo mari (hinc) id ẽ postea feminea manus) scz vrsule (rexit) id est gubernauit naues (dante) id est fauẽte (domiõ quas) scz naues (basilea) illa ciuitas (vidit breuiter mino) id est breui spacio temporis. ¶ Notandum beata Vrsula diuinitus inspirata patri suo suasit vt predicto regis assensum preberet. tamen hac conditione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

interposita: vt ipse rex decem virgines electissimas sibi ad solatium traderet et transmitteret: quarum quelibet haberet mille pedissequas: ⁊ inducias triuz annozum sibi daret ad dedicationem sue virginitatis: ⁊ ipse iuuenis rex in his tribus annis etiam in fide christiana instrueretur. Sapienti igitur vsa consilio: vt aut difficultate proposite conditionis animū eius ab hoc auerteret: aut hac opoztunitate predictas virgines secum deo dedicaret: Tunc iuuenis rex libenter hac conditione accepta apud patrem illa constituit ⁊ disposuit: et protinus baptisari accelerauit: ac celeri animo cuncta quevirgo petierat impetrauit. Pater autem puelle ordinauit vt filia sua quam valde diligebat viros quozum solatio tam ipsa ꝙ eius exercitus indigebat in comitatu haberet. Undicz igitur virgines confluunt ⁊ etiam viri ad tam grande spectaculum: nam multi episcopi ad eas confluxerunt vt secum pergerent: inter quos etiam fuit basilienſis episcop⁹ qui eas vscz romam perduxit: ⁊ inde reuersus martyrium cum eis suscepit. Et cum Ursula omnes virgines ad fidem conuertisset sub vnius diei spacio flante vento prospero ad portum gallie qui a gallia dicitur peruenerunt: ⁊ deinde coloniam deuenerunt: vbi beate Ursule angelus domini apparuit: ⁊ duxit eas illuc ⁊ p̄dixit eas integro numero reuersuras. ⁊ corozonas martyrij percepturas. Inde igitur admonitione angeli facta romā tendentes ad vrbem Basileam naues applicuerunt: et ibi relictis nauibus Romam pedestres venerūt. ⁊ hoc tāgit littera huius sententie. ¶ Pro terminis nota. Interim est aduerbium temporis. Item trimatus est nomē quarte declinationis deriuatum a nomine trimus. ⁊ dicitur homo habēs tres annos. ⁊ dicit trimus a tris qō est tres ⁊ iemps Inde trimatus. i. spacium trium annozum. Sed abilis idem est qō cōueniens et est nomen adiectiuum comparabile ⁊ mobile. Discedo est verbum tertie coniugationis. ⁊ significat abire. Et differunt discedo ⁊ decedo. vnde. Decedit moriens: discedit ab vrbe recedens. Sed littus est nomen neutri generis tertie declinationis.

Relictis nauibus ordinãt acies: vētis ⁊ estibus exponunt facies et romam adeunt.

¶ Hic autor ostēdit qualiter beate virgines romā peruenerūt ⁊ qualiter ad locū martyrij redierunt dicēs: supple ille virgines (ordinãt acies) id est turbas (nauib⁹ relict⁹) scz in basilea (⁊ exponunt facies) scz earum (ventis ⁊ estibus) id est calozibus (et adeunt romam)

Per monasteria fundentes lachrymas: trahũt suspiria: cõmendat animas sanctis et redeunt. Quã in portu reliquerunt classem simul inuenerunt: magnum flumen ⁊ amenum nauigãtes intrant rhenum p dei clementiam.

¶ Et ille virgines (fundentes lachrymas. per monasteria) id est ecclesias romanas (trahunt suspiria) id est sepe suspirant (et commendant) id est committunt (animas) scz suas (sanctis. et redeunt) scz Basileam. ⁊ sic redeũtes (inuenerunt classem) id est congregationem nauium (quam reliquerunt in portu) scilicet basilienſi. et ille virgines na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Hinc ad locum passionis duxit eas dux agonis: florē sue iuuētutis paruipendūt spe salutis euntes coloniā

uigantes (intrant rhenū) scz existētē (magnū flumē: ⁊ amenū ꝑ clementiā dei: hinc) id ē postea. s. vrsula exñs (dux agonis) scz illaꝝ vndecim mil. uz virginū (duxit eas ad locū passionis) ⁊ ille v̄gines paruipendūt) .i. floccifaciūt ⁊ ꝓ nihilo curant (florē sue iuuentutis: euntes coloniā) in illam ciuitatē sanctā (spe salutis) scz eterne. ¶ Notandū ꝙ legit̄ in passionali: qñ sancte virgines romā ꝑuenerunt papa Ciriacus ꝓpter aduentū earū fuit valde gauisus: qꝛ ⁊ ipse de brithania oriund⁹ fuit ⁊ multas cōsanguineas inter eas habuit: ⁊ cū om̄i clero ipsas reuerenter suscepit. In ipsa etiā nocte pape diuinit⁹ reuelatū est ꝙ ipse cū v̄ginib⁹ palmā martyrij esset susceptur⁹: qđ apud se celans: multas ex eis q̄ adhuc baptisate nō fuerrūt baptisauit. Post hoc papatū resignauit q̄uis cardinales ⁊ om̄s alij reclamarent. Post hoc ꝑ visionē ammonite sancte virgines de roma cū ep̄is sibi adiunctis: Coloniā venerūt: ⁊ ip̄am iā agrippinā obsessam inuenerūt: q̄s vidētes barbari ⁊ gygantes: sup ip̄as nimio clamore irruerūt: ⁊ q̄si lupi rapaces illā multitudinē occiderūt. Et cū ad beatā Vrsulā venissent: vidēs p̄nceps exercit⁹ mirā eius pulcritudinē obstupuit: ⁊ cōsolans eam sup interitu virginū ꝓmisit ꝙ eā sibi in cōiugē copularet si fidē xp̄ianā respuisset: q̄ dum p̄ncipem cōtempsit: nolens acquiescere suis petitionib⁹: ip̄e directa sagitta in ip̄az eā transfixit: ⁊ sic martyriū cōsummauit. Passe aūt s̄t iste btē virgines anno incarnatiōis dñi. cc. xxxviij. hac die memoria eaꝝ celebratur. ¶ Pro terminis nota: relictus ta tum: est ꝑticipiū p̄teriti tp̄is a verbo relinquor. Sed estus est nomen quarte declinatōis: ⁊ ꝯcat calorem. Sz classis est nomen feminini gñis tertie declinatiōis ꝯcans multitudinē nauiū. Item paruipendo est v̄bum transitiuum tertie cōiugatiōis: cōpositū a noīe paruus ⁊ a v̄bo pendo: ⁊ ꝯcat spernere. Sz colonia ē nomē ciuitat̄ pri⁹ dicta agrippina.

O felix colonia subt̄ cui⁹ menia barbarorū rabies: enses: tela: frameas: cultros in v̄gineas cruentauit acies

¶ Hic iā autor inuehit ꝑ quādā exclamationē cōtra passionē sanctaꝝ v̄ginū di. (O felix colonia: subt̄) vel iuxta ꝯm alios ⁊ melius (cui⁹ menia: rabies) .i. insania (barbaroꝝ) .i. infideliū (cruentauit) .i. sanguine plenos fecit (enses) .i. gladios: ⁊ (tela) .i. iacula (frameas) .i. gladios ex vtraq; ꝑte acutos (cultros) .i. cultellos: cruētauit inquā (in virgineas acies) .i. in multitudinē ⁊ exercitū virginū. ¶ Pro terminis nota: Menia est nomen neutri gener̄ pluralis numeri tm̄. Et sunt proprie muri ciuitat̄ a muniendo dicta q̄si munia. Rabies est nomē fe. ge. q̄nte decli. et idē est qđ insania vl̄ furor vl̄ incursus cū impetu. Inde rabiecula .i. ꝑua rabies.

Felicia sūt v̄ginū cōnubia tot miliū agnū que sine macula duce sequunt̄ vrsula. Quaruz orationibus felices cum felicibus pace fruamur sedula per secula seculorum.

¶ Laudat autor sanctaꝝ virginū cum xp̄o sponso cōnubia cōcludendo canticū suū cū directiōe petitiōis ad easdē di. (cōnubia) .i. copule vl̄ cōiunctiōes (tot miliū v̄ginū sunt felicia: q̄) sup. v̄gines (sequūt̄ agnū sine macula) .i. xp̄m (duce) .i. ducēte eas (vrsula: q̄rū) .s. v̄ginū (orōib⁹)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

id est intercessionib⁹:nos (fruamur pace sedula).i.sempiterna(p secula seculo⁹ rū).i.semp:crūtes(felices).i.beati(cū felicib⁹)scz xp̄inib⁹.¶Notandū q̄ legit̄ in passionali p̄ miraculo q̄ q̄daz abbas impetrauit corp⁹ vn⁹ xp̄inis ab abbatissa monasterij Coloñ.earundē xp̄inū:p̄mittens q̄ illud in capsa argentea reuerent̄ in sua ecclesia collocaret.Sz cū p̄ annū integrū i capsa lignea iacuisset q̄dam nocte cū abbas cū suo cōuentu matutinas cātaret:corp⁹ illud de altari descendit:7 ante altare reuerenter se inclinans:p̄ mediū eaz oīb⁹ ip̄is videntibus recessit.Abbas igit̄ ad capsam currens:7 ip̄am vacuā inueniens p̄peranit 7 abbatisse rem gestaz p̄ ordinē intimauit.Pergentesq̄ ad locū vbi corp⁹ virginis acceperunt illud ibidem inuenerūt.Cū aūt abbas veniā quereret:7 idem corp⁹ virginis peteret:certissime p̄mittens sibi capsam p̄ciosam facturū nullater⁹um petrauit.¶Scōo nota:q̄uis tot⁹ exercitus numer⁹ virginū nuncupat̄:hoc tñ nō est tñ intelligendū de sexu femineo:qz q̄plures episcopi 7 alij sancti martyres interfuerūt q̄ etiaz castam vitā duxerūt.Sed p̄pter excellentiā:qz maxima multitudo fuerūt virguncule:ideo exercit⁹ xp̄inū nuncupat̄.Potest etiam dici q̄ p̄pterea dr exercit⁹ xp̄inū:qz beata vrsula fuit informatrix 7 principalis instauratrix hui⁹ sanctissimi exercitus.Hinc est q̄ hodierna die in cimiterio vbi reliquie sanctarū xp̄inū requiescunt null⁹ pōt sepeliri:qz si aliq̄s sepeliret̄ clauso tumulo in crastinū super terram apparet:quia hec terra de corp⁹ sanctarum virginum creditur sanctificata.

O Omnes sancti seraphin cherubin throni quoq; dominationesq;: Principatus potestates virtutes: Archangeli angeli vos decet laus et honores.

¶Hic autor p̄n̄r describit aliud canticū qđ generaliter respicit celebritatē oīm sanctoz̄ sub vna festiuitate eoz̄ memoriā reuocando. Et diuidit̄ in duas p̄tes: In quarū p̄ma cōmendat omnes sanctos angelos iurta nouem chozos corūdem:dirigēdo p̄ces ad eosdē In scōa dirigit petitiōes ad oñes sanctos qui victis terrenis dei gratia angelorum consortes effecti sunt.scōa ibi:Vos quos dei dicens:O (omnes sancti) scz in celo existētes(seraphin).i.angeli de chozo seraphin(cherubin):i.angeli de chozo cherubin(throni).i.angeli de tali chozo(quoq;)p̄ et(dominationes)tales angeli(q;)p̄ et(principatus)tales angeli:7(potestates)tales angeli:7(virtutes).i.angeli tales(archangeli).i.vos principes angelorū:7(angeli)scz infimi ordinis vel chozi(laus)id est gloria(decet vos)sup.omnes(7 honores) id ē reuerētie:supple decent vos.¶Notandū p̄mo:q̄ scribit̄ in libro Sapieñ.c. v. Ecce quō computati sunt inter filios dei 7 inter sanctos sors illoz̄um est.In his xp̄is tanguntur duo.Primo tangitur sanctoz̄ dei in celestib⁹ glorificatio:qñ cōputati sunt inter filios dei.Secundo tangit̄ apud deū p̄o peccatis nostris illoz̄ propiciatio:quia inter sanctos sors illoz̄ est.Primū declarat̄.Nam ipsi ambulauerunt in legez voluntate dei p̄pter qđ vocati sunt filij dei passionem hui⁹ seculi tolerando:patres dei filios generando. matres dei ecclesiam lacte discipline nutriendo: Juxta illud quod dicit̄ Matth̄.xij.cap̄lo.Qui fecerit voluntatem patris mei q̄ in celis est:ipse meus frater:sozor 7 mater est.Etiam gloriati sunt qñ predestinati sunt ad mensam dei.Unde Luc.xxij.Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū:vt edatis 7 bibatis super mensam meam in re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

gno meo. ¶ De scdo dicit Jacob⁹ in canonica: Multum eñ valet depcatio iusti assidua. Figura hui⁹ legit̃ in li. Exodi. Dñ populus israel pugnaret cōtra malech moyse manus eleuante ꝛ orante vicit popul⁹: sed ipso manus declinãte popul⁹ succubuit. vñ psalmista. Dimissem eos si nō moyses electus me⁹ stetisset in cōfractione. Aũ cũ idei fecissent vitulũ cōflatilẽ dominus dixit ad moysen: Dimitte me vt irascar sup pplm istũ: sed intercessio moysi hanc iram auertit. Ex q̄bus pcludit̃ q̄ sancti dei magnã sortem habent in celestib⁹ quib⁹ ipsi possunt vitam nostram in diuino bñplacito gubernare. ¶ Item nota sancti ꝛ electi dei sũt duplices. s. spirituales ꝛ corporales. Spirituales sũt qui a diuino ꝓposito creati sunt ꝛ perpetuati sc̃: vt sc̃ angeli. Aũ ps. Qui facis angelos tuos spirit⁹. Sz corporales sunt qui vitã hui⁹ seculi in sanguine martyrij terminauerũt: ꝛ proinde promissum eterne retributionis acceperũt: ꝛ sic hec sequentia in laudẽ ꝛ gloriam oĩm sanctoꝝ tam spiritualiũ q̄ corporaliũ est composita seu compilata. Itẽ nota q̄ in hoc festo agit̃ memoria omniũ sanctoꝝ: ꝛ ex consequenti omniũ animarum fideliũ. Ratio hui⁹ est: qz machina huius mundi distincta est diuersis climatibus ꝛ regionib⁹: ꝛ diuina misericordia operat̃ hoc in vna regione qō nō in alia. Nam aliquando sancti vni⁹ regionis canonisant̃ de quib⁹ ignorat alia regio. propterea statuerũt sancti patres vt fieret vna cōmunis memoria omnium sanctoꝝ: qui in libro viuentiũ sunt inscripti. Vel pōt dari alia ratio: qz in hac die destructum est templũ omniũ deoꝝ: qō dicebat̃ panthcos: a pan qō est totum: ꝛ thcos deus: q̃si continens totalitatẽ deoꝝ. in memoriã huius erroris destructi: celebrat̃ festum omniũ sanctoꝝ: in quibus deitas seu diuinitas cōmendat̃. Itez nota: dubitant multi quare in festo omniũ sanctoꝝ etiam memoria specialit̃ sancti Cesarij habeat̃: Dicendum q̄ ratio huius est: qz beatus Cesarius passus est post institutionem hui⁹ festi: ꝛ ergo in numero comprehendit̃: nihilominus tamen specialiter suum natalicium celebratur.

Ordines noueni spirituum beatorũ
Quos in dei laudib⁹ firmauit charitas. Nos fragiles homines firmate precibus.

¶ Hic autor dirigit petitiõez ad oẽs sanctos di. O vos (noueni). i. nouem (ordines) id ẽ chori (beatoꝝ spirituũ). i. sanctoꝝ angeloꝝ (quos) scz angeles (charitas). i. amor vel dilectio dei (firmauit). i. corroborauit (in laudibus dei) omnipotẽtis: supple vos (firmate). i. roborate (nos) homines fragiles) id est infirmos (precibus) vestris.

Vt spiritales prauitates vestro iuuamine vincentes fortiter. Nunc et in euum vestris simus digni solennijs interesse sacris.

¶ Construe (Vt). i. nos sim⁹ (vincentes). i. separãtes (fortiter) id est viriliter (spiritales prauitates). i. dyabolicas potestates ꝛ suggestiones seu fraudes (vestro iuuamine). i. auxilio: ꝛ scz nos (sim⁹ digni) id est idonei (interesse) id est presentes esse (tunc). i. in pñti (ꝛ in euum). i. eternaliter ꝛ ꝑpetue (vestris sacris) id est sanctis (solennijs) id est festiuitatib⁹. hoc est nos mereamur puenire ad vestras dignitates. ¶ Notandum q̄ autor ponit tm̃ nouem ordines angelorum: hoc debet intelligi de illis qui non consenserunt lucifero: sed confirmati in laude dei ꝑmanserunt: tamen reuera decem sunt ordi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

nes: qꝛ ꝟm doctores decimus ordo nō totaliter cecidit: sed quantū ad eius prin
cipem luciferū: immo de quolibet ordine aliqui ceciderūt: vt numerꝰ eoꝝ sit in
ꝓportione chori integri: sic etiā ꝟm gradus meritorios: ordines angelici ꝑ ani
mas fideliū restaurant: Hec Rabanꝰ. Sed quidam alij doctores dicunt: ꝙ de-
cimus chorus ex integro cecidit: q̄ est integraliter ꝑ animas fideliū restauran-
dus: ⁊ vocat modo requies sanctoꝝ: ⁊ in eodem decimo choro assignant diuersi
gradus dignitatis: in q̄bus ꝟm diuersa merita anīe fideliū collocant. ¶ Itez no
ta: autor petit cōfortationē cōtra dyabolicas fraudes ⁊ temptationes. Unde bea.
Grego. dat nobis doctrinam resistendi temptationibus: ⁊ primo persuadet hoc
fieri cum festinatione. Unde si temptationi in corde nostro nascenti volumus re
sistere: tunc festinanter nō debemꝰ eam admittere: sed fortiter resistere non con
sentiendo. Secundo debemus resistere ꝑ orationē. Unde Gregorius. Quanto
grauiori motu per cogitationem carnalium deprimimur: tanto debemus oratio
ni ardentius insistere. Tertio cum vigilatione. Unde Gregoriꝰ: Solerter vi-
gilandum est: vt cum culpa blandiri inchoat: ad quē interitū trahit mens igno-
scat. Item debemus resistere per mansuetudinē ⁊ misericordiam. Unde petrꝰ
apostolus: Nouit dominus pios de temptationibus eripere. Unde psalmista.
Misericordia mea ⁊ refugium meū ⁊c. vbi dicit glosa: Nulla re ita cito vincit
dyabolus sicut per misericordiam. Simus ergo festini ad orationē: deuoti: vigi
les et mansueti: et resistamus dyabolo: vt inter sanctos dei computemur.
¶ Pro declaratione ter. nota: nouenus a um est nomen adiectiuū deriuatū a no
mine nouem. Sed fragilis cōis ge. ⁊ hoc le: est nomen adiectiuum comparabi-
le et mobile: deriuatum a verbo frango.

Vos quos dei charitas vinceret ter
rea: Et angelis socios fecit esse polo
Vos patriarche ꝓphete apostoli cō
fessores martyres monachi virgines
Et viduarum sanctarum omniūq̄
placētium populus supremo domi-
no. Nos adiutorium nūc ⁊ ꝑenniter
foueat protegat vt vestrū in die po-
scimus gaudiorum vestrorum.

¶ Hic autor implorat oēs san
ctos dei q̄ ꝑ victoriā terreno-
rū ad gl'iam transierūt dicēs:
O (vos) scz om̄es sancti ⁊ ele
cti dei (q̄s). s. sctōs ⁊ electos:
(charitas). i. amor ⁊ dilectio
(dei). s. om̄ipotētis (fecit vin
cere). i. supare ⁊ contemnere
(terrea). i. vana gaudia huiꝰ
mūdi (Et fecit vos esse). i. exi
stere (socios). i. sodales (ange
lis). i. cū angelis (polo). i. in
celo vel in regno celorū ⁊ spe
cialiter (vos patriarche) id ē
antiq̄ patres (ꝓphete). i. va-
tes (apl'i). i. discipl'i dn̄i (cōfes
sores) id est deū cōfitentes (martyres). i. ꝑ xp̄o morientes (monachi). i. solita-
riā vitā ⁊ mundā ducētes (v̄gines). i. caste viuētes (Et). i. etiā (ppl's). i. vulgꝰ
⁊ turma (sanctaꝝ viduaꝝ) cōtinentiā (q̄) ꝑ et (oīm placentiū). i. bn̄ viuētiū (su
premo dn̄o). i. altissimo deo (nos) scz fragiles hoīes (poscimꝰ). i. petimus ⁊ de-
sideramus (vestrū adiutoriū). i. iuuamen ⁊ patrociniū (in die). i. in solennitate
(vestrorum gaudiorū) hoc est vt valeamus concelebrare vnanimiter memoriā
omniū vestrorum hic: et eternaliter conregnare vobiscum (vt foueat) id est an-
nuet (et protegat) id est defendat (nūc). i. in p̄senti (⁊ perenniter). i. eternalit'.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

¶ Notandũ autor in littera enumerat ꝑ ordinẽ sanctos ⁊ electos dei. vbi ꝓponit patriarchas: quorũ principaliter sũt tres. s. abraã: Isaac: iacob: qui cũ vxoribus suis sepulti sũt in valle ebron. Deinde ponit ꝓphetas. qui sunt. xvij. in numero: quorũ princeps est dauid q̃ ꝓpter excellentiã ꝓpheta vocatur: quẽadmodum paul⁹ apl's. Deinde quattuor maiores ꝓphete quorũ nomina in Paralip. sũt scripta. Deinde ponit apostolos: quorũ sunt. xij. numero: quibus paul⁹: barnabas ⁊ thadeus cõiũgunt: tñ nõ impediunt numerũ apostolorum. Deinde ponit cõfessores: quoꝝ principaliter sunt quattuor. s. Aug⁹. Grego. Hiero. Amb. qui sunt tanq̃ quattuor cathene quibus fides catholica dependet. ⁊ etiã beatus Martinus: qui ꝓpter excellentiã confessiõis solus inter cõfessores meruit octauam tenere. Deinde ponit martyres: quorũ numerus penes nostrã cognitionẽ est infinitus: inter quos christũ beatus Stephan⁹ ⁊ Laurentius p̃matum obtinent. qd̃ patet: qꝛ inter om̃es martyres isti solas octauas habẽt. Deinde ponit monachos ꝑ quos quilibet deuotus religiosus debet intelligi. Post hoc subiungit virgines: quarũ numer⁹ etiã nobis nõ est cognitus: tñ inter om̃s post beatã mariã beata agnes ⁊ beata margareta habẽt octauas: quare eas pre ceteris virginibus reor esse laude p̃ferendas. Ultimo addit numerũ omnium electorũ cuiuscũq̃ cõditionis fuerit vt vnanimiter intercedant ꝑ nobis ad dominũ iesum christum. ⁊ hoc innuit ibi: omniumq̃ placentium. ¶ Pro terminis nota. terreũ hic substãtiuatur in neutro genere. ⁊ significat illud qd̃ ꝓcedit ex istis inferioribus ⁊ deriuatur a nomine terra.

Sacerdotem christi martinuz cuncta per orbem canit ecclesia pacis catholice.

¶ Hic autor describit aliã sequentiã in laudẽ ⁊ gloriã beati martini. Et diuidit in tres partes. In p̃ma parte cõmẽdat beatũ martinũ ex multarum regionũ cõgratulatione hortando populũ ad ip̃ius laudem. Scd̃o cõmendat eũ ex virtuosa miraculorũ opatiõe. Tertio cõmẽdat eũ de sctĩate vite ip̃i⁹ cũ deuotiõe p̃cũ. scd̃a ibi: h̃ celebris. tertia ibi: hic ocul'. Prĩa adhuc in duo. In p̃ma ꝑte cõmẽdat eũ penes gaudia regionũ quãtũ ad iuuentutẽ. In scd̃a facit hoc idẽ penes dignitatẽ episcopatus. scd̃a ibi: Et gallic. Et dicit sic (Cũcta eccl'ia). i. tota ꝯgregatio xp̃ianoꝝ (catholice pacis). i. xp̃iane fidei (canit). i. laudat ⁊ laudare dz (ꝑ orbẽ). s. vniuersũ i. ꝑ vniuersũ terrã. s. sctm̃ (martinũ) sic dictũ (sacerdotẽ). i. ep̃m (xp̃i). i. iesu.

Atq̃ illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus. Pannonia letet̃ genitrix talis filij. Italia exultet alitrix tanti iuuenis.

(Atq̃) ꝓ ⁊ (om̃is hereticus) i. scismaticus ⁊ infidelis (pallidus). i. pallore cõfusus (fugiat). i. fugere debet (nomen illius). s. solennis ep̃i. (Pannonia talis regio in qua sanctus martin⁹ est genitus (letetur). i. letari debet: qꝛ fuit (genitrix). i. productrix vel ꝓcreatrix (talis filij). i. sancti martini. Et (italia) talis regio (exultet) scz de eius sanctitate: quia fuit (alitrix) id est nutrix (tanti) id est tam sancti (iuuenis). i. adolescẽtis: quia sanctus martin⁹ est nutrit⁹ in italia. ¶ Notandũ scribit̃ Eccl'i. j. Quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet. ⁊ quasi sol effulgens. sic ille effulsit in templo dei. In quib⁹ verbis cõmendat̃ beat⁹ mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

tin⁹ in oīb⁹ virtutib⁹ suis: qꝛ effulsit in tēplo ⁊ in ecclesia sua q̄si luna ꝑfecta. Vñ sciendū ꝟm astrologos ꝙ luna est corpus terrestre: nō ꝙ sit cōpositū ex terra: sed ꝙ in cōpatiōe ad alios planetas hꝫ se tanq̄ terra ad alia elementa. Est em̄ corpus tenebrosum nō hñs lumē de se sed recipt lumen a sole: ⁊ q̄uis medietas corporis lunar⁹ sit sꝑ illuminata: qꝛ medietas ei⁹ respicit sꝑ solē: nisi fuerit eclipsis: tñ q̄tū ad aspectū nr̄m lumen ipsi⁹ auget ⁊ diminuit. Vñ beat⁹ martin⁹ optime luna dr̄: corp⁹ hñs terrestre: qꝛ nat⁹ est ꝟm cursum nature: ⁊ illuminat⁹ ꝑ gratiā diuinā: q̄ est tanq̄ sol. Fuit em̄ beat⁹ martin⁹ cōplete ⁊ ꝑfecte illuminat⁹. nā radij ipsi⁹ erāt ꝑfectissimi ꝟm oēs v̄tutes morales homini possibiles. Fuit eī prudens ab errore infideliū declinando. Fuit iustus gentiliū ⁊ hereticoꝝ scismata dissoluendo. Fuit fortis oīb⁹ passionib⁹ cū patientia resistendo. Fuit tēperatus oēm temptationē moderando. Etiā liberalis fuit oīb⁹ pauꝑib⁹ erogando. Etiā fuit in oī genere v̄tutū ꝑfect⁹. ⁊ ꝯ refulsit in ecclesia q̄si luna ꝑfecta. Sꝫ postq̄ trāsiuit ab hoc seculo de luna fact⁹ est sol. Juxta illud euāgeliste: Fulgebūt iusti tanq̄ sol in regno celoꝝ. Et ꝯ hec sequētia est in honorē dei ⁊ scti martini cōposita. Itē nota: nomē scti martini merito in hereticis est fugiendū. Dicit em̄ martin⁹ q̄si martē tenēs. vñ ꝟm astrologos mars dr̄ de⁹ belli. Nā lorica fidei indut⁹ in dieb⁹ vite sue inualuit cōtra hereticas prauitates. Itē nota ꝙ hec duo noīa genitrix ⁊ alitrix sumunt īproprie ⁊ metaphorice: qꝛ pannonia fuit genitrix bti martini: qm̄ in tali regiōe genit⁹ erat: Et italia dr̄ nutrix ei⁹: qꝛ in italia nutrit⁹ fuit: ⁊ ibidē lr̄is sacris imbut⁹. ¶ Pro ter. no. catholic⁹ dr̄ q̄si custos vl̄is fidei. Sꝫ pallid⁹ est nomē adiectm̄: ⁊ dr̄ pallid⁹ q̄si timid⁹ ⁊ verecund⁹. nā ex timore hō pallet. Itē pannonia ⁊ italia sunt ꝓpria noīa regionū.

Et gallie trina diuisio sacro certat litigio cui⁹ esse debeat presul. Sꝫ pariter habere se patrē oēs gaudeāt: thuroni soli eius corpus foueant.

¶ Hic autor cōmendat beatū martinū rōne cōgratulatiōis diuersarū regionū in dignitate episcopat⁹ dicens (Et trina diuisio gallie) illius regiōis. gallia em̄ est in tres ꝑtes diuisa (certat). i. pugnat vl̄ litigat (sacro). i. solēni (litigio) id ē discordia (cui⁹) scꝫ gallie. i. cui⁹ regiōis (presul). i. eps vl̄ pontifex (debeat esse) id ē fore (sed) ꝓ tñ (oēs). s. p̄dicti (gaudeāt). i. letant̄ (pariter). i. simul (se habere). i. possidere. s. sctm̄ martinū (patrē) id est patronū: tñ (soli thuroni). i. tales populi (foueant) id est nutriunt: possident ⁊ in sepulchro tenent (corpus eius) scilicet sanctissimi Martini.

Huic francorū atq; germanie plebs omnis plaudat. Quibus videnduꝫ inuexit dominū in sua veste

(Atq;). i. etiā (oīs plebs). i. tot⁹ ppl̄s (francoꝝ). i. francie oriental̄ (⁊ germanie). i. almanie ⁊ teuthonicoꝝ (plaudet) id ē laudes reddat vl̄ plaudēdo manib⁹ iubilat (huic) scilꝫ beato martino ep̄o (Quib⁹). s. ppl̄is seu hoīb⁹ (inuexit. i. īduxit ⁊ oñdit (dñm) id ē iesum xp̄m (videndū). i. cōspiciēdū vel cernendū (in sua veste). i. in suo pallio qd̄ palliū diuisit ⁊ cuidā mendico tribuit. ¶ Notandū p̄mo ꝙ beat⁹ martin⁹ sabarie ex pannonioꝝ opido oriund⁹ fuit: sꝫ intra italiā papie alit⁹ fuit ⁊ cū patre suo tribuno militū sub cōstantio ⁊ iuliano cesare militauit: nō tñ sponte: qꝛ ab in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

fantia diuinit⁹ inspirat⁹ cũ eẽt.xij.annoꝝ:inuitis parentib⁹ ad eccl̃iam cõfluxit ⁊ cathecuminũ se fieri postulauit.hic matrẽ conuertit:pater v̄o in errore ꝑmãsit.Hic quẽdã cathecuminũ(q̃ sine baptismo obijt)sua orõne ad vitã pristinã reuocauit.Itẽ aliũ q̃ laqueo fuit suspẽsus vite restituit.Tertiũ mortuũ ꝓ q̃ mater ei⁹ exorauit:beat⁹ martin⁹ in medio campi vbi erat innumerabilis multitudo gentiliũ genua flexit ⁊ cũctis apte vidẽtib⁹ puer a mortuis resurrexit.q̃propter oẽs illi gentiles ad fidẽ xp̃i cõuersi sunt.Vñ be.martin⁹ fuit magne cõpassionis erga delinquẽtes:qꝛ om̃s penitere volẽtes summa cõpassione recipiebat.Vnd̃ cũ dyabol⁹ eũ rep̃henderet cur pctõres ad penitẽtiã recipet.Rñdit ei:si tuipse o miserabilis desisteres ab infestatiõe hoĩm:⁊ tu factoꝝ tuoꝝ penitẽtiã haberes ego cõfisus in dño misericordiã dei pollicerer.Erat etiaꝫ magne pietatis erga paupes.Legit̃ em̃ in dyalogo ꝙ beat⁹ Martin⁹ archidyacono p̃cepit vt egenũ vestiret:sed cũ ille facere distulisset:ingressus Martin⁹ secretariũ tunicã ꝓpriã exuebat ⁊ paupi tribuit ⁊ cũ recedere iussit.Etiã be.martin⁹ alteri pauperi dimidiũ palliũ dedit ⁊ sequenti nocte xp̃m clamidis sue ꝑte q̃ pauperẽ texerat vestitũ vidit ip̃mq̃ ad circũstantes angelos sic loquentẽ audiuit: Martin⁹ adhuc cathecumin⁹ hac me veste ꝯtexit.Et hoc tangit autor:cũ dicit:q̃b⁹ videndũ ⁊c̃.Itẽ nota ꝙ gallia regio ꝑm cosmographos est tripartita:qꝛ vna vocat̃ italia.secũda pannonia.tertia thuronia.Itẽ autor dicit francoꝝ.vñ duplex est francia:vna magna:cui⁹ p̃nceps d̃r rex francie:⁊ ei⁹ inhabitatores dicunt̃ francigene.Alia est francia parua ⁊ circa thuringiã cõstituta hui⁹ p̃ncipes sunt almani ep̃i ⁊ duces:⁊ hui⁹ inhabitatores dicunt̃ francones vel franciti:⁊ de talib⁹ nõ d̃r h̃.

¶ Pro ter.nota:trinus a um est nomen adiectiuũ deriuatuꝫ a tris grece qd̃ est tres latine.Sed thuronus est nomẽ adiectiuũ:⁊ dicit̃ inhabitator ciuitatis thuronensis.Sed germania dicit̃ teutonica regio.

Hic celebris est egypti partib⁹ grecie atq̃ cunctis sapientib⁹. Qui impares se martini meritis sentiunt atq̃ eius medicamini.

¶ Hic autor ꝯñr ꝯmẽdat beatũ martinũ ex cõꝑatiõe ad alios dicens(Hic)scꝫ sctũs martin⁹(est celebris).i.solennis) ⁊ maxime sanct⁹(ꝑtib⁹).i.oĩbus finib⁹ ⁊ regionib⁹ (egypti).i.illius regni(atq̃)ꝓ et (cunctis).i.om̃ib⁹(sapiẽtibus).i.prudentib⁹.s.magistris ⁊ doctorib⁹(grecie) illius ꝓuincie vel regionis(Qui)scꝫ greci ⁊ egiptij(sentiunt).i.cognoscunt et fatent̃(se).i.seip̃os(esse impares).i.dissil̃es ⁊ nullo mõ equales(meritis)id est auxilijs ⁊ miraculis(sancti martini)illius episcopi(atq̃)pro et(medicamini)id est medelis(eius)scꝫ sancti martini.

Nam febres sedat: demonesq̃ fugat paralitica mẽbra glutinat. Et mortuoꝝ sua p̃ce triũ reddit corpa vite p̃stine.Hic ritus sacrilegos destruit:⁊ ad christi gloriã dat ignibus ydola. Hic nudis mysteria brachijs cõfici-

¶ Hic ꝯñr beatũ Martinum cõmendat ex v̄tuosa choruscatione miraculorũ dicẽs (Nã) ꝓ quia(sedat) id est amouet: sanat ⁊ expellit(febres) tales infirmitates(q̃)ꝓ et (fugat) id expellit(demones)id ẽ diabolos(⁊ glutinat).i.ꝯiungit ⁊ solidat(paralitica membra) id ẽ organa paralisi vexata.s.

ens preditus est celesti lumine.

reddendo eis sanitatē (Et).s. ip̄e sanctus martin⁹ (reddit) id est restituit (sua p̄ce).i.p suas orōnes (corpa).i.cadauera (triū mortuorū).i. defunctoꝝ (p̄stine vite).i.ad vitā p̄orē: qꝛ sua p̄ce tres mortuos suscitauit (hic) scz sanct⁹ martin⁹ (destruit).i.annihilat: rūpit ⁊ frangit (sacrilogos rit⁹).i. hereticas prauitates: qꝛ conuertit infideles ad fidē catholicā: q̄b⁹ p̄dicauit (⁊ dat) scz ad comburēdū (idola).i.imagines idoloꝝ ⁊ demonū (ignib⁹).i.flāmis (ad gloriā).i.honorē ⁊ laudem (xp̄i).i.om̄ipotentis dei: qꝛ ip̄e cōbussit idola ⁊ deos argenteos igne: ⁊ edificauit ecclesias ad laudē dei. Et (hic).s.sanctus martinus (cōficiens).i.cōsecrans (nudis brachijs: mysteria).i. sacramenta altaris (preditus) id est circundatus (celesti) id est diuino (lumine).i.claritate dei.

¶ Notandū: autor cōmendat beatū martinū in quinqꝫ virtutib⁹. Primo in cura febricitantiū: qꝛ legit̄ ꝙ multos infirmos a febrib⁹ curauit: immo hodierna die ad sepulchrū transeūtes a tali infirmitate meritis sancti Martini curantur. Secundo commendat eum in fuga spirituum malignorū. Unde legitur ꝙ quodam tempore cum primo fuit ordinatus episcopus exiuit ecclesiam: videns hominem obsessum trementē ⁊ insanientem: vt quasi de spuma oris sui fuisset suffocatus: quem beatus Martinus tangens cum baculo suo dixit: Nō dominet̄ tibi iniquitas tua: neqꝫ dyabolica potestas: surge ⁊ ambula in pace. Ad hec verba homo statim surrexit cunctis videntibus ⁊ audientibus: ⁊ ab eo cum magno rugitu recessit dyabolus. Item legit̄ ꝙ quadam vice beatus Martinus cū suis socijs transiuit ⁊ orauit: occurrunt eis vacce cum nimio impetu que antea multos cornibus suis offenderant: qd̄ beatus Martinus aspiciens vidit dyabolum supra dorsum istas agitantem: quem recedere iussit ⁊ statim recessit. Tertio cōmendat eum in paraliticorū cura. Unde paralisis est quedam infirmitas dissoluens membra hominū et impediens gressum: de qua infirmitate multos curauit: Uñ legit̄ ꝙ post obitum beati Martini fuerunt duo socij: vnus claudus alter paraliticus: qui predicando ⁊ mendicando magnam pecuniam acquirebant Audientes vero ꝙ corpus sancti martini multos infirmos sanaret: cum in trāslatione corpus eius ꝓcessionaliter ad ecclesiam portaretur: timere ceperunt ne predictum corpus ante hostium portarent: ⁊ sic curarentur. nolebant enim consequi sanitatem ne perderent materiā sui lucri: quapropter de illo hospicio fugientes aliam plateam adeuntes corpori eius ex improuiso obuiabant: ⁊ sic ambo contra voluntatem eorum sunt curati: licet dolerent multum ⁊ tristarentur.

¶ Pro declaratione terminoꝝ nota: sedo as are: significat pacificare siue determinare: vt discordia illoꝝ est sedata. Item conglutino est verbum transitiuū prime coniugationis. ⁊ significat consolidare.

Hic ocul' ac manib⁹ in celū ⁊ totis viribꝰ suspēsus t'rena cūct' respuit. Ei⁹ ori nunq̄ christ⁹ obfuit siue iusticia vel q̄cq̄d ad verā vitam pertinet:

¶ Hic iam autor cōmēdat be. Martinū de sanctitate vite ⁊ morū honestate dicens (Hic) scz martinus (suspēsus): id est eleuatus (oculis) scilz exterioribus ⁊ etiam cordis (ac manibus).i.operationib⁹ suis exterioribus (⁊ tot') .i. omnib⁹ (viribus).i.potentijs (in celū).i.in deū (respuit).i.spreuit vel contēpsit (cuncta terrena) scz mundū: diuitias mundi: ⁊ omnem pompam ⁊ honorem mundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

(christꝰ) iesus ⁊ saluator (nunq̃) .i. nullo tpe (abfuit) .i. defuit (ori eiꝰ) .s. sancti martini. qꝛ in omni tempore orauit ⁊ p̃dicauit (siue) pro vel (iusticia) talis virtꝰ (vel quicquid) id est omne id quod (pertinet) id est spectat (ad veram vitaꝫ) id est ad vitam cõtemplatiuã vel vitam eternam.

Igit̃ te cuncti poscimꝰ o martine: vt qui multa mira hic ostẽdisti. Etiam de celo gratiam christi nobis supplicatu tuo semper infundas.

¶ Autor cõcludendo canticũ suũ dirigit petitõnẽ ad sanctũ martinũ di. (Igit̃) .i. ideo (o martine) beate patrone ⁊ pontifex: nos (cuncti) scꝫ homĩes xp̃iani (poscimꝰ) .i. rogamus ⁊ deprecamur (te. vt) .i. sicut: tu (q̃ ostendisti) .i. demõstrasti (hic) .i. in p̃senti seculo (multa mira) .i. mlta miracla ⁊ signa (etiã infundas) id est cõcedere ⁊ donare velis (semp) .i. cõtinue ⁊ om̃i tpe (nobis) scꝫ hominibꝰ christianis te collaudantibꝰ (tuo supplicatu) .i. interuenientibus tuis precibus (gratiã) .i. mĩam ⁊ fauorem (christi) omnipotentis dei (de celo) .i. de regno celoꝝ. ¶ Notandũ: cũ beatus martinꝰ senio grauaret̃ semp oculos leuauit in celũ Juxta dictũ psalmiste. Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis. licet ex senio iam esset incuruatꝰ. Uñ habuit quendam archidyaconũ nomĩe Bricciũ: qui sepiꝰ eũ derisit: q̃uis iustissime ⁊ castissime vixit. Uñ cõtingit quodã tempore ꝙ quidaꝫ cupiens loqui cum beato martino petijt signũ a Briccio archidyacono p qd̃ sanctũ Martinũ inueniret: Dixit Briccius: Cũ videris virũ annosum curuum ⁊ canũ: in facie rugosum: sursum aspicientẽ: hic est Martinꝰ episcopꝰ. Statim cum hec verba dixisset: sonuerũt in auribꝰ beati Martini tanq̃ si aliquis ꝓpe eũ locutus fuisset: q̃uis valde longe ab eo erat. Postmodũ cum beatꝰ Martinus ad Briccium venit dixit ei: Quare talia v̄ba dixisti me deridendo. Qd̃ Briccius negauit: Cui beatus Martinꝰ: Uox tua sonuit in auribus meis. Et qꝛ hoc fecisti: Ecce post me episcopatum tenebis: sed huiꝰ derisionis vindictam a deo accipies. Defuncto ergo beato Martino: beatus Briccius electus est in episcopũ. Uixit aũt iustissime ⁊ castissime: ⁊ tamen a suis incusatꝰ de vicio ⁊ expulsus. ¶ Item nota: ꝙ qñ beatus Martinus occubuit: tam Pannonici q̃ thuronici ad eius transitũ cõuenerũt. Quo migrãte grandis altercatio int̃ vtrũqꝫ surrexit ppl̃m. Dicebant em̃ Pannonici: Noster est monachꝰ: ⁊ ergo ip̃m req̃rimus: qꝛ sufficit vobis q̃ dum esset in mundo vsi fuistis eiꝰ colloquio: qꝛ participastis cõuiuio: informati em̃ fuistis exemplo ⁊ virtutibꝰ: sufficiant vobis hec omnia: Nobis aũt corpus ipsius. Ad hoc thuronici responderunt: Scitote ꝙ vob̃ suscitauit duos mortuos: nobis vnum: ⁊ plures virtutes fecit vobiscũ q̃ nobiscũ Ergo necesse est vt quod nobis non impleuit viuens impleat defunctꝰ. His igitur litigantibus mox clauditur corpus: ⁊ in medio positum ab vtroqꝫ populo custodit̃. Deniqꝫ media nocte deo volente omnes Pannonici dormierunt. Qd̃ videntes Thuronici comprehensum sanctissimũ corpus. alij per fenestram eijciunt. alij foris suscipiunt positum in naui cum omni populo per fluuium discedunt: ingressiqꝫ littoris alueum ad vrbem Thuronicam magnis psallentium laudibus iter dirigunt.

¶ Pro declaratione terminoꝝ nota: Respuit est verbum transitiuum tertie cõiugatiõis: cõpositum a re ⁊ spuo: ⁊ significat spernere. Sed absum est verbũ neutrale compositũ a prepositione ab ⁊ a verbo sum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Gaude syon q egressus a te de cor t depressus tui fulgor speculi. Rediuiua luce redit o t alpha q̄ accedit iam in fine seculi.

¶ Istud est aliud cāticum ob laudē t honorē sancte Elizabeth compilatum. Q̄ diuiditur in quattuor ptes principales. In quar prima autor hortat sanctā ecclesiā ad congaudendum in hoc festo. In secunda comparat beatā Elizabeth ad alios sanctos penes excellentiā. In tertia cōmendat beatā Elizabeth de virtute miraculorū. In quarta dirigit petionem ad sanctam Elizabeth. Secūda ibi: Poma prima. tertia ibi: O q̄ dignis. quarta ibi: Eya mater. dicens: O (syon) id est anima fidelis vel sancta ecclesia (gaude) scz ꝓpter hoc (q decor) id est pulchritudo (e gressus). i. qui exiuit a te (et fulgor). i. splendor (tui speculi) id est speculatiōis (depressus) id est elisus. t compressus (redit) id est iterū venit (rediuiua luce) id est splēdore viuido (q̄) scz speculum. supple existens (alpha). i. principiū (t o) id est finis omniū rerum (accedit) id ē visitat (iam) id est nunc (in fine) id est in termino (seculi id est mūdi huius. ¶ Notandum ꝑmo. scribitur in Prouer. ca. vlti. Considerauit semitas domus sue. t panē ociosa nō comedit. In quib⁹ verbis beata Elizabeth dupliciter cōmendatur. Primo ex eius circūspecta opatione in periculis hui⁹ mūdi. Scōo ex occupatione anime sue in cogitatiōibus. ¶ Primū declarat. Quoniam cōsiderauit semitas domus sue ab omnib⁹ piculis anime t ab insidijs t laqueis d yaboli se ꝑseruando: q̄ dicit beat⁹ Grego. in omelia. A malignis spiritibus custodire nō sufficit qui thesaurū in via publice portat: iam consumitur vt conseruetur. Ergo beata Elizabeth semitas sue dom⁹ considerās thesaurum bone conscientie sue habuit absconditū t caute ambulauit in hoc seculo ne maligni spiritibus posset spoliari. Juxta illud dictum apostoli ad Romanos. ij. ca. Videte quō caute ambuletis: non quasi insipientes sed vt sapientes. Unde ipsa merito numerat inter sapientes: que habentes oleum veniente sponso intrauerunt cum eo ad nuptias. Deinde declarat scōm. cum dicitur: panē ociosa nō comedit. vbi no. q duplex est panis. s. corporalis t spūalis siue supsubstātialis. Corporalis est quo reficit corpus. Supsubstantialis seu spiritualis est qui animā impinguescit. Et similiter est duplex occupatio. s. corporalis que designat ꝑ Marthā que sollicita erat circa frequēs ministeriū t vocatur vita actiua. Alia est spiritualis que designat ꝑ Mariā que audiens verbū dei optimam partem elegit. t vocatur vita contemplatiua. Primum panem comedit Elizabeth non ociosa: sed in ꝑma occupatione. nā de ea exponit illud Prouerb. vl. Man⁹ eius apprehenderūt fusum: t panē suum acquisiuit in labore. iuxta dictuz Apli. Qui laborat manducat. Et circa hunc panē habuit occupationem corporalem: pauperes colligendo: esurientes t sicientes reficiendo: t omne opus misericordie impendendo. Etiā beata Elizabeth scōm panem (ꝑ quo orat tota ecclesia dicēs: panē nostrū quottidianū da nobis hodie) comedit nō ociosa: sz cum scōa occupatiōe comedit: quia omni tempore cogitauit ea que dei sunt ꝑm doctrinā apostoli. t sic elegit optimam partem que nō auferet ab ea in eternū. ¶ Scōo nota. hec prima sentētia est collecta ex duabus prophetijs Hiere. Prima scribitur in libro Trenoꝝ sic. egressa est a filia syon omnis decor ei⁹. Scōa scribitur in vltima epistola Hiere. vbi dicitur: Hierusalem indue te vestibus iocunditatis. Prima igitur ꝓphetia fuit miserie t lamentatiōis: quando expugnata est hierusalē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

ciuitas ⁊ omnis populus ductꝰ est in captiuitatē. ⁊ non erat q̄ redimeret. Sed scōa fuit exultationis: qñ data est consolatio: vt rediret corona que ceciderat de capite synagoge. Fuit ergo ante tempꝰ Elizabeth syon. id est sancta mater ecclesia sine decore speculatiōis: qz syon interp̄tatur speculatio: sed p aduentū huius sancte vidue regressus est decor ⁊ speculum ciꝰ. ⁊ tūc diuina potentia mūdū visitauit. ¶ Pro terminis nota. egressus est participium deriuatū a verbo egredior. Sed depressus est participiū deriuatum a verbo deprimor cōpositum a de et premor. mutando e in i. Sed rediuiuus est nomen adiectiuum compositum a re ⁊ viuus p impositionem syllabice adiectionis scz di. Vel fm Britonē rediuiuus dicit a verbo redio is ire. ⁊ dz illud qō est redeundum. Item alpha ⁊ o sūt duo nomina hebraica. vbi nota. Ipse deus dicit alpha ⁊ o. id est principium ⁊ finis omniū rerū. ¶ Alpha enī ē prima littera greci alphabeti: per quam designatur principium. O vero est figura circularis carens fine: quia principium et finē in vnū cōiungit: per qō designatur q ipse deꝰ est finis ad quē ordinant ōia.

Poma prima primitiuos deus sanctos adhuc viuos vidit in cacumine
Vt extremos addat primis q̄uis stantes nos in imis suo visit lumine

¶ Hic autor comparat beatā Elizabeth ad alios sanctos penes excellentiā. Et diuidit̄ in duas partes. In prima parte comparat beatam Elizabeth ad sanctos et electos dei. scdo cōmendat eam quātum ad gaudia supnorū. scda ibi: gaudent astra dicens (deus) id est saluator (vidit) id est inspexit ⁊ cognouit (in cacumine). i. maiestate ⁊ gloria sua (primitiuos sanctos) id ē primos electos (adhuc viuos) id est viuentes in hoc mundo (prima poma). i. primos fructꝰ redemptionis. ⁊ ipse deus (visit). i. frequenter vidit ⁊ respexit vel visitauit (nos) homines (suo lumine) id ē per suā gratiam (q̄uis stantes) supple simꝰ (in imis) id est in terris vel vltimis seculis (vt) id est q. s. ipse deus (addat) id est coniungat (extremos) id est vltimos in fine seculi existētes (primis) scz beatis in regno celorum. Quasi diceret. Deus in sua eternitate cognouit primos saluandos: respiciendo sua gratia etiam nunc saluandos.

Sed pre multis te respexit: odor tuus hūc allexit ⁊ sapor ⁊ puritas. Vt de regum ramis nata iuste vere sis vocata tu dei saturitas.

(Sed) o sancta Elizabeth. deus (respexit) id est aspexit (te pre multis) scz alijs sanctis (odor tuus) id est bona fama tua (allexit). i. attraxit (hūc) scz deum (et sapor) id est contemplatio (et puritas) id ē innocentia vite: quia oratio et discretio tua ⁊ vidualis castitas tua eū attraxit vt iugiter tecū permaneret (Vt tu nata) id est genita (de ramis regū) id est progenie regali (sis vocata) id ē nominata (iuste) id est merito. et (vere) id est veraciter (saturitas) id est repletio (dei) quia de plenitudine tue pietatis christꝰ est sepe enutritꝰ ⁊ satiatus. iuxta illud euāgelij. Esurui ⁊ cibastis me: nudꝰ fui ⁊ vestistis me: sitiui ⁊ potū dedistis mihi. ¶ Notandum. p̄ma pars huius sententie fundat̄ super parabolam q̄ scribitur Matth. xx. Quādo paterfamilias exijt p̄mo mane conducere operarios in vineā suā ⁊ collegit operarios in diuersis horis diei. ⁊ cū sero factū esset: iussit eis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

dari singulos denarios: incipiendo a nouissimis vsq; ad p̄mos. Iste paterfamilias est deus gloriosus: q̄ in principio creationis mūdi exijt cōducere operarios in vineam suā. Et similit̄ exijt circa horā tertiā ⁊ sextaz. ⁊ deinceps ꝟm cursum diei. i. mutationem mūdi: sed cum sero factū esset. i. tp̄e retributōis qñ vnicuiq; datur ꝟm opera sua. q̄ tunc p̄mo in hac vinea laborauerūt vocantur sancti p̄mitiui: quos visitauit dñs dicens: Quid hic statis tota die ociosi. ite in vineā meā Hij etiā vocantur poma p̄ma: nā primum fructum ꝓduxerunt sanctā ecclesiam dulcedine suorū pomorū reficiendo. vnde ecclesia magis cōfortata optauit aduētum dñi dicens illud Cāticoꝝ. v. Veniet dilectus meꝰ in ortum suum vt comedat fructus pomorū suoꝝ. i. delectetur in viriutibus electoꝝ suorū: addendo extremos sanctos p̄mis. ⁊ sic erunt nouissimi primi ⁊ primi nouissimi. Et inter tales electos sancta Elizabeth etiā enumerat̄. Itē not. de hoc ꝙ dicit odor tuus. Unde ꝑ odorem intelligitur fama bone vite vel virtuosa opatio. Unde de isto odore bone fame dicit Salomō: Melius est nomē bonū q̄ vngenta preciosa. Itē Canticoꝝ. j. In odore vngentoꝝ tuorum curremꝰ. ⁊ iterū: Odor vngentorum tuorum sup̄ omnia aromata. Sed per saporē qui est obiectum gustus debet intelligi intrinseca comtemplatio ꝑ quam gustatur dulcedo bonitatis diuine. de qua dicit Ps̄. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dñs ⁊c̄. ¶ Itē no. Elizabeth nominatur dei saturitas. Ipsa em̄ saturauit deū cum pauperes dei cibauit ⁊ potauit: et ipsis alia opa misericordie ministrauit. Ipsa em̄ nudos vestiuit ⁊ vestimēta eoꝝ consuebat. Ipsa infirmorū immundicies velo ꝓprio tersit. Ipsa etiam funeribus pauperum semp̄ affuerat. Ip̄a vela paup̄ibus mulieribꝰ ꝓprijs manibus parauit. ⁊ ipsa circa paupes in domibꝰ existētes maximā sollicitudinē habebat ⁊ leprosos abluebat: ⁊ in lecto suo recūbere faciebat. Sic igitur opa misericordie paup̄ibus christi exhibuit: q̄ sibi exhibita xp̄s in euāgelio fatet̄ dicēs: Qđ vni ex minimis meis fecistis hoc mihi fecistis: ergo bene nūcupatur saturitas dei. ¶ Pro terminis no. p̄mitiuus est nomē adiectiuuz deriuatū a nomine primus. Sed cacumē significat summitatē vel altitudinem cuiuslibet rei. Hic autem capitur ꝓ altitudine diuine sapiētie. Sed extremꝰ id est vltimꝰ. ⁊ capitur dupliciter: aliquādo est sup̄latiuus gradus huius aduerbij extra: aliquando est ꝑ se positiuꝰ gradꝰ: tūc comparat̄: extremꝰ extremior extremissimꝰ. vñꝰ. Sitq; sup̄latiuꝰ extremꝰ vel positiuꝰ. A nobis p̄mꝰ apđ grecosq; scđs. Uñ ꝓbat vere dici extremissimꝰ inde. Sz viso est verbū desideratiuū tertie cōiugationis. Sed allicio est verbū tertie cōiugatiōis cōpositū ab ad ⁊ licio: mutando d in l.

Gaudēt astra matutina ꝙ in hora vespertina ortu noui sideris. Celi sidꝰ illustratur: ī q̄ terre designatur noui signum federis. Vere sidus tu preclarum: qđ a sole differt parum ⁊ luna lucidiꝰ. Tu ꝙ sole sis amicta carne probat hic relicta lucis tue radiꝰ.

¶ Hic autor cōmendat beatā Elizabeth respectu gaudiorū supernorum dicēs (Astra matutina). i. angeli in celo (gaudent). i. letant̄ (ortū). i. ꝑ ortum (noui sideris) id est recētis astri scz sancte Elizabeth (ꝙ sidꝰ). i. astrū (celi illustratur). i. illuminat̄ (in hora vespertina). i. ī fine mūdi (in q̄) s. sidere (terre). i. hītātibꝰ in terra (designat̄). i. denotat̄ (signū no. fe(. i. noue pacis ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

cordie inter deum & hominem per intercessionem & merita sancte Elizabeth O sancta Elizabeth (tu) supple es (vere) .i. veraciter (preclarū) .i. valde clarū et prelucidum (sidus) .i. astrum (qđ) scz sidus (differt) id est distinguitur (pax) id est modicū vel quasi nihil (a sole) a tali planeta (et) supple es (lucidius) .i. clarius vl splendidius (luna tali planeta (radius) .i. splendor (tue lucis) .i. splēdoris virtutū & miraculoꝝ tuorū (pbat) .i. manifestat (q tu scz Elizabeth (sis amicta (.i. circūdata (sole) .i. grā diuina. & hoc (relicta carne) id est corpore (hic) id est in mundo. Quasi diceret: sancti in celo letantur in hoc q ipse xps existens sidus celi exornatur in vltima etate p sanctitatem sancte Elizabeth tanq̄ p splendorem noue stelle: quia per ipsam toti mundo declarat gratia & repromissio dei quam fecit cum dixit: nequaq̄ vltra maledicā terre ppter hominē. Et q beata Elizabeth est sidus p̄clarum patet q virtuosas opationes & diuersa miracula q̄ christus fecerat p eam. ¶ Notandum. sancta Elizabeth potentissimi regis vngarie filia fuisse dinoscitur: que p matrimoniū tradita ē nobili viro principi Ludouico lātgravio thuringie: quem cū exemplo deuotionis informasset vt in nullo resisteret que pro xpo facere decreuisset: contigit vt ipso viro consentiente in manu magistri Conradi de marburg obedientiam faceret & deo seruiēs sepe de nocte surrexit: & nudum corpus suū tradebat puellis suis secretioribus flagellādum. & hoc cōtinue in quadragesima & in sextis ferijs peregit. Etiam erga pauperes ita misericors extitit & deuota infirmos cōsolando: leprosos ppriis manibus lauādo. & pauperes quoscūq̄ tripliciter cōsolando: scz per proprium laborē per compassionē. & per munerum largitionem. Pro quo etiā triplicem remunerationem accepit: pro labore quietem ppetuam: pro compassione diuinam visionem: pro elemosynarum largitione vitam interminabilem recepit. ¶ Item nota. per astra matutina intelligunt angeli: qui in matutino siue in mane. id est primo fuerunt creati. Illi em̄ angeli gaudent q in hora vespertina. id est circa finem mūdi. tam nobile sidus celos ascendit: ipsos celos suo splendore illustrās. Nam angeli gaudēt sup vno peccatore penitentiam agente. vt testatur euangelium. Ergo multum gaudent angeli de homine beato celos ascendente. ¶ Itē notandum. q beata Elizabeth propter radios virtutum & beneficiorum: que impartiebatur fidelibus hominibus: dicitur esse amicta sole. id est virtute diuina. Hoc autem non est intelligendum simpliciter & primarie: sed ex consequenti: quia istud p̄cipaliter scriptum est de beatissima & gloriosissima virgine Maria: sicut legitur in Apocalipsi. Signum magnū apparuit in celo Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius &c. Sed beata Elizabeth ex consequenti amicta sole dicitur ꝑm Psalmistam dicentem. Offerentur regi virgines post eam &c. Et beata Elizabet post mortem suā multos infirmos & egrotos curauit: demones ab hominib⁹ obsessis fugauit: leprosos mundauit. claudos ad pristinum gressuz reddidit: mortuos resuscitauit: visum cecis tribuit: paraliticos quoq; sanauit. Legitur enī de ipsa beata Elizabeth. q quidam cecus: cui nō solum virtus visiua defuit: sed etiam organum videndi qui a natiuitate fuit cecus: inuocato nomine sancte Elizabeth. est illuminatus. & plenarie visum accepit.

¶ Circa vocabula notandum. q vespertinus est nomē adiectiuum mobile per tria genera & per tres terminationes. & deriuatur ab illo nomīe vesper. Sz differt est verbum anomalū neutralis generis. & componitur ab illa prepositione inseparabili dis & ab illo verbo fero mutando s in f. & significat idem q distinguere vel ab inuicem segregare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

O q̃ dignis fulges signis: vasa rapis a malignis obsessa demonijs. Le pre mũdas labe tactos: claudos ponis ⁊ attractos in pedũ officijs. Qd negatũ est nature tu virtutũ agis iure ⁊ potes ex gratia. Vita fũctos tu reducis: cecis reddas membra lucis et membrorum spacia.

¶ Hic nutor p̃sequẽt cõmẽdat beatã Elizabeth virtute miraculorũ q̃ dñs p̃ eaz opatus est dicẽ: O sancta Elizabeth tu (fulges). i. choruscas (q̃ dignis). i. valde dignis (signis). i. miraculis. tu (rapis) id ẽ liberas (vasa obsessa). i. corpa possessa (a malignis) prauis (demonijs) id ẽ dyabolis. tu (mũdas). i. purgas (tactos). i. captos (labe) i. immũdicia (lepre) illi⁹ infirmitatis scz ⁊ tu (ponis). i. reddis (claudos ⁊ attractos). i. paraliticos ⁊ p̃tractos (in officijs pedum). s. dando eis gressum (tu) sancta Elizabeth (agis). i. facis (iure) id est ex potestate (virtutum) supple tuarum (⁊ potes). i. vales (ex gratia). s. dei illud (qd̃ est negatũ) id est nõ concessum (nature) id est qd̃ est contra naturã (tu reducis). i. reparas vel resuscitas (functos vita). i. mortuos. ⁊ tu (reddis) id est vas (cecis) supple hominibus (mẽbra) id est organa (lucis). i. visionis ⁊ claritatis (et) supple reddis (spacia). i. loca (membroꝝ). i. oculorum. ¶ Notandum p̃mo. beata Elizabeth multiplicit̃ cõmendat̃. ⁊ p̃mo de liberatione obsessorũ. Ũñ autor dicit ĩ ira a malignis demonijs. ꝓpter dictũ platonis q̃ ponit grad⁹ int̃ demones. ⁊ vult q̃ quidã sũt spũs humano generi nõ inuidẽtes: sz magis eos hortãtes ad bonũ. et istos Plato vocat caledemones quasi bonũ docentes: sz alij sunt demones q̃ inuadũt ⁊ vexãt corpora humana suis obsessiõib⁹. ⁊ ab istis sctã Elizabeth multos liberauit. Alij sunt pessimi q̃ animas cruciãt in inferno. ¶ Jtẽ no. triplex ẽ gradus obsessorũ: quidã sunt obsessi vno demone tm̃. Alij sunt obsessi plũbus. et iste duplex grad⁹ nõ põt curari nisi miraculose ⁊ ĩ virtute spũsancti. Quidã vo dicũtur esse obsessi sz nõ sunt: nisi p̃ quandã infirmitatẽ ex melãcolia p̃uenientem aggrauati: ⁊ tales p̃nt curari p̃ medicos naturales. ¶ Jtẽ no. differẽtia est inter claudos ⁊ attractos seu contractos. Nã claudicatio causat̃ ex vulnere neruorum. Sed cõtractio siue attractio sicut dicit Auicẽna habet duas cãs. Aliquando eñ causat̃ ex iracundia. ⁊ tũc est incurabilis. Aliqñ ex repletiõe ⁊ ñp fluitate cibi ⁊ potus prouenit. ⁊ a medicis vocatur spasmus: ⁊ definit̃ sic: Spasmus est opilatio neruorum cũ ꝓtractiõe eorundem. ⁊ talis est curabilis. ¶ Nota q̃ vltima duo miracula. s. resuscitatio mortuoꝝ: ⁊ restitutio visus sunt contra naturam dupliciter. s. rõne forme: ⁊ ratiõe materie. Ratiõe forme. resuscitatio mortuorũ est impossibilis: qz forma particulari destructa nũq̃ redibit eadem in numero: vt p̃batur in fine secundi libri de generatiõe ⁊ corruptiõe: vbi dicitur q̃ idem in numero nõ potest reuerti seu generari. Jtez fm materiã ẽ impossibilis nã corp⁹ qd̃ substat vniforme: resolutũ nõ recipit formã p̃rẽ. ⁊ qd̃ tm̃ fuit mobile violenter̃ post resuscitationẽ mouebit̃ natural'r. Sil'r itelligit̃ de scõo miraculo qz clamãt oẽs p̃bi. q̃ ipossibile est fieri regressũ a p̃uatiõe in habitũ: vt patet ĩ p̃dicamẽtis ⁊ hoc mere natural'r loq̃ndo. ¶ Pro declaratiõe ter. no. Negatus a um est deriuatum a verbo negoꝛ aris. Jtem per illud complexum vita functos autor circumloquitur mortuos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Eya mr̃ nos agnosce. vite libro nos deposce cũ electis inseri. Ut cõsortes tue sortis ⁊ a penis ⁊ a portis eruamur inferi.

¶ Hic autor dirigit petiones ad sanctã Elizabeth dicens: Eya mater). i. o sancta elizabeth (tu agnosce). i. cognosce (nos) scz hoĩes. ⁊ (deposce) id est impetra (nos inseri). i. inscribi (libro vite). i. ĩ regno celorum (cũ electis). i. cum sanctis tuis (vt). i. q̃. supple (simus cõsortes). i. participes (tue sortis). i. eterne btĩtudinis (⁊ eruamur). i. liberemur (a penis). i. a supplicijs (⁊ a portis). i. ab introitib⁹ (inferi). i. inferni. ¶ Notãdũ p̃mo. liber vite nõ est aliud q̃ liber p̃destinatoꝝ ad vitã eternã. Uñ q̃ p̃destinat⁹ fuerit ad salutẽ d̃r scriptus in libro vite. ⁊ g̃ de reprobis dicit Ps̃. Deleant̃ de libro viuẽtium ⁊ cũ iustis nõ scribant̃. Iste ẽ liber q̃ erat signat⁹ septẽ sigillis quẽ nõ fuit dign⁹ aperire nisi agn⁹ dei q̃ occisus fuit in ligno sctẽ crucis: ⁊ ꝓpterea numer⁹ electoꝝ recolligit̃ ibidẽ. vñ Apoc̃. ⁊ ex qualibet duodecĩ tribuũ duodecĩ milia signati. ⁊ postea turba multa quã nemo dinumerare poterat: q̃ signata ẽ signaculo dei viui. Et sic petit autor vt ⁊ nos eidẽ numero signato ꝯnumeremur p⁹ hãc vitã in eterna p̃ria. ¶ Scd̃o no. ad cõmẽdationẽ Elizabeth legit̃ q̃ p⁹ obitũ viri sui ip̃a de bonis suis hospitale cõstruxit. vbi oẽs infirmos paupes ⁊ debiles collegit: apd̃ q̃s se tã beniuolã ⁊ deuotã exhibuit q̃ iã nõ regina: sz mr̃ pauperũ dicebat̃. Tãdẽ be. Eliza. ꝑpẽdẽs magis acceptũ esse deo expẽdere ꝑ seipsam sua bona: tũc ampli⁹ ꝓpria manu paupib⁹: ĩfirmis ⁊ leprosis nc̃cria mĩstrauit: debiles curauit: vulnera purgauit: claudos ad secessũ portauit. Uñ ꝯtigit q̃dam tpe vt q̃dã infirm⁹ pisciculos postularet. be. Eliza. ĩterrogauit ancillã. vtꝝ quosdã pisciculos ꝯseruasset: q̃ dixit se nõ habere. Sz be. Eliza. infirmo multuz cõpatiẽs rogauit deũ vt ĩfirmo pisciculos ordĩaret: mittẽs ancillã haurire aquã de fonte: q̃ dũ aquã extraxisset peluim plenã piscib⁹ portauit. be. Eliza. hoc miraculo viso gr̃as deo referebat. Sz cũ diuĩe placuit pietati q̃ famule sue vellet remunerare labores misit angelũ ad eã q̃ dixit ei vt exeq̃as p̃pararet: qꝛ ad xp̃m esset trãsitura q̃ more solito exequias p̃parauit. ⁊ pl̃ib⁹ hoĩb⁹ deuotis presentibus feliciter valedixit: in cui⁹ transitu odor suauissimus totã domũ repleuit. et dñs iesus totũ mũdũ diuersis miraculis meritis beate Elizabeth ꝑlustrauit: que in ciuitate sua ꝓpria Marckburg in ecclesia parochiali in pace est sepulta.

¶ Pro termĩs no. q̃ agnosco est verbũ trãsitiuũ tertie ꝯiu. cõpositũ ab an ⁊ nosco. mutãdo n in g. Sed inseri est ĩfinitiu⁹ passiualis hui⁹ verbi inseror. Sz hoc nomẽ inferi⁹ aliqñ est substãtiuũ hetroclituz in gñe tm̃: qꝛ singulari numero est gñis masculini. ⁊ in pl̃ali est gñis neutri ⁊ semꝑ scd̃e declinationis.

Sanctissime virgĩs votiua festa recolam⁹. Uenerãtes hãc diẽ preclarã oẽs cõcinam⁹. Proferat hec concio laudes: ⁊ deuotio sit sincera. Concrepet organicis modulis et canticis laude digna.

¶ Hic autor scribit, aliud canticũ ob reuerẽtiam ⁊ gloriam virginis katherine cõpilatũ. Et diuidit̃ in tres ꝑtes. In p̃ma autor hortat̃ populũ fidelem ad laudem sancte katherine: In scd̃a ꝑte describit vitam eius penes virtutes meritorias. In tertia ꝑte dirigit petitionẽ ad eam vt interce-

dat p nobis. scda ibi: hanc fuisse. tertia ibi: ora pro xc̃. Et dicit primo sic: Mos xp̃iani (recolamus). i. pagamus (votiua festa). i. sacras solẽnitates (sanctissime virginis) scz katherine (omnes) scz nos xp̃iani (cõcinam⁹). i. cõcorditer decantemus (venerãtes). i. honorãtes) hãc preclarã diem. hec concio) id est turba (proferat). i. dicat (laudes). s. sancte Katherine (et deuotio). i. attentio cordis scz ipsius turbe (sit sincera) id est pura. et ipa concio) concrepet). i. cõsoner (organicis modulis) id est artificialibus modulis (et canticis) id est vocibus naturalib⁹ (digna laude) id est cũ debita reuerẽtia. ¶ Notandũ scribitur in ps̃. xlv. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis xc̃. In quibus verbis sancta Katherina cõmendatur: quoniã omnis gloria ei⁹ quã impendit ei dominus originem habuit ab intus. i. ab interiori cordis intentione. ¶ Unde nota. q̃ virtutes sunt duplices. Quedam sũt exteriores. scz virtutes sensuales. et sunt quinq̃ sensus hominis qui designãtur p quinq̃ talenta que dedit paterfamilias p̃mo seruo causa lucri. In his quinq̃ sensibus oportet nos negociari vt fiat lucrũ: qz talentum lucrãs cõmendatur et eius negociatiõi regnum dei p̃mittitur. Sz talentum absconditum reprehenditur. et a suo possessore auferẽ: sicut dicit̃ in euangelio Matthei. In istis sensibus et talentis p̃nominata puella multas alias virtutes lucrata est interiores. Ideo dr ab intus in fimbrijs aureis. Sed virtutes interiores sunt duplices. s. morales et intellectuales. Morales sunt quattuor p̃incipales. s. prudentia: iusticia: fortitudo et temperãtia que dicũtur virtutes cardinales: qma ab his virtutibus oñes alie deriuantur. Sed virtutes intellectuales ſm Pbm sunt quinq̃ quas pertractat sexto ethicorum. videlicet sapientia: prudentia: ars: scientia et intellectus. Et vocantur intellectuales: qz intellectus per eas disponitur ad summã delectationẽ que cõsistit in vltima felicitate et perfectione. Ihe virtutes abundanter intellectum virginis Katherine fecundabant. ideo merito dicit: omnis gloria eius. s. Katherine. filie regis. s. christi. fuit ab intus. i. a virtutibus interioribus et nõ ab exterioribus: quia ſm virtutes exteriores nõ laudamur neq̃ vituperamur: sed ab eis periclitamur ſm dictum euang. Si oculus tuus aut pes scandalizat te: erue eum et p̃jce eum abs te. Sed quia hec virgo beata claruit ex virtutib⁹ interioribus: quia gloria ei⁹ erat ab intus. ergo hec sequentia in honorem ipsius est compilata. ¶ Pro terminis nota. concino est verbum neutrale tertie coniugationis compositũ a con et cano mutando a in i. Et differunt cõcino et cõcinno. vt patuit ibi: Te libri xc̃. Sed concio est nomen feminini generis deriuatũ a cõcieo es. qõ significat vocare. et dicit̃ cõcio quasi populi conuocatio. Sed cõcrepo est verbũ tertie coniugationis neutralis generis: qõ significat sonum facere.

Hanc fuisse filiã costi regis vnicã tradunt scripta. Annis puerilib⁹ artib⁹ sophisticis fuit clara. Turbã philosophicã vicit et rethoricã disputãdo. Hinc regina credidit deos vanos respuit venerari.

¶ Hic au. describit vitã sãcte katherine. Et diuidit̃ i duas partes. In p̃ma describit vitã ei⁹. In scda pte insinuat cõplemẽtũ passiõis eius. xc̃. scda ibi: fit penal machina. dicẽs: (Scpta). i. sacre scpture (tradũt. i. dicũt (hanc). s. sanctaz katherinam (fuisse) id est extitisse (vnicam filiam) id est vnigenitã natam (regis costi) sic dicti. et ipsa sancta Katherina (in puerilibus annis) id est tempore iuuentutis (fuit clara) id est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

splendida imbuta ⁊ docta (sophisticis artib⁹).i.in scientijs liberalib⁹:⁊ ip̄a sancta katherina (vicit).i.supauit (philosophicā turbā).i.turbā artistarū vel philosophoꝝ (⁊ rhetoricā turbā).i.turbā rhetorū (disputando).i.ꝑ disputationez (hinc).i.post hoc (regina) id ē vxor maxentij (credidit).i.fidē catholicā assumpsit:⁊ (respuit) id est spreuit (venerari).i.honorare (vanos deos).i.ydola seu imagines dyaboloꝝ. ¶ Notandū autor in hac parte pertractat vitam beate katherine valde breuiter.⁊ vtiť colore rhetorico q̄ d̄r breuitas:in hoc ꝙ dicit eam filiā costi regis. Unde costus erat rex sub regno grecoꝝ:⁊ morabiť in vrbe alexandria:cuius filia fuit sancta katherina:in cuius honore p̄ñs carmen est cōpilatum:quā misit pater informari artib⁹ logicalib⁹ ⁊ physicalib⁹:que inquam katherina ab imperatore Maxentio passa est. Qui cū omnes homīes tam diuites q̄ pauperes ad Alexandriā cōuocasset:vt ydolis immolarent:⁊ xp̄iani sacrificare nolentes p̄cepit vt punirenť. Katherina annorū. xviij.manens in palatio audiens diuersoꝝ animaliū rugit⁹:misit nuncios vt celeriter inquirerent quidnam hoc esset:cui dixerūt ꝙ Maxentius cesar p̄cepisset ꝑ vicinas ꝑtes tam pauperes q̄ diuites ydolis immolare:⁊ xp̄ianos punire. Quo audito bea. Katherina cū aliquib⁹ de palacio assumptis signo crucis se muniens venit ad templū vbi ydolis sacrificia offerebanť:⁊ cū xp̄ianos ad sacrificia ydolorū cōpelli vidisset:ꝑ cōpassionē mota audaciter se ingessit ad imperatorē dicens: Salutationē tibi ꝓferre o impator ordinis dignitas postulat ⁊ rationis: si creatorē omniū cognosceres:⁊ a cultu ydoloꝝ animū tuum reuocares. Deinde cepit cum imperatore diuersimode disputare ꝑ diuersa genera conclusionū. ⁊ deinde rediens ad colloquiū dixit: Quare hoīes inuanū compellis ad ydolorum sacrificia:mirarī templū ꝑ manus artificis operatū vel constructū:miraris ornamenta preciosa: que pereūt tanq̄ puluis ante faciē venti: Mirare potius celū ⁊ terram ⁊ omnia que in eis sunt:⁊ cum hec aduerteris diligenter agnosces quis illoꝝ sit potentior:⁊ cum hoc perceperis ip̄m verū deum ꝓ nobis omnibus crucifixum adora ip̄m quoq; glorifica. Ip̄a em̄ est dñs dñantiū ⁊ deus deoꝝ. Post hoc incepit katherina proferre de incarnatiōe filij dei:quo audito Maxenti⁹ stupefact⁹ dixit katherine:sine modo.i.ꝑmitte mō fieri sacrificia deoꝝ nostroꝝ ⁊ postea tibi respondebim⁹. Maxentius igiť iussit eam duci ad palaciū ⁊ diligenter custodiri: admirans de pulcritudine eius ⁊ sapientia:erat em̄ valde pulcra ⁊ sapiens. Finitis igiť cultib⁹ ydoloꝝ imperator ad palaciū rediens dixit Katherine cultib⁹ ydoloꝝ nr̄oꝝ occupati tibi respondere nō potuim⁹:sed nunc p̄mū inq̄remus de tua progenie:que rn̄dit: Scriptū est nō causa arrogantie: sed humilitatis amore tibi ꝓgeniē meam expono: Ego inquit sum Costi regis filia:que licet in delicijs ⁊ diuitijs nutrita sim:tn̄ hec omnia cōtempsi ⁊ mihi xp̄m elegi. Tūc dixit Maxentius: Si verū est qd̄ dicis totus mund⁹ errat. si em̄ angelus de celo veniret (que dicis) nō crederemus. nunq̄d igiť tibi credere possumus: qꝛ fragilis es mulier. Tunc dixit Katherina: O imperator animo irato noli vinci: nec insipienti animo surgat turbatio:vt ait poeta: Audiens igiť maxenti⁹ Katherinā magistros ⁊ poetas allegare:videns ꝙ nō posset resistere sapientie eius:ꝓ melioribus magistris toti⁹ grecie misit:q̄ ip̄am superarēt ⁊ ꝓpter hoc maxima dona ꝑciperent. Rediens igiť nuncius quinq̄ginta rhetores ⁊ summos ph̄os adduxit:qui scientia sua omne genus mortaliū excellebant: Interim beata Katherina in carcere seruabať cui cōsilium regis ⁊ imminens pena nunciať. ⁊ ip̄a sancta Katherina deū fideliter orabat ꝓ victoria. Cui angelus apparuit dicens ei

Cōstanter age:spūssanct⁹ infundet x̄ba ī os tuū:q̄b⁹ aduersarijs resistere possis
Tandē beata Katherina ducit de carcere vt cōtra rhetores disputaret:q̄s breuiter sancta Katherina disputando cōuicit ⁊ ipos ad fidē xp̄ianā conuertit:ita vt impatoꝛi dicerēt:nisi ꝓbabiliozē viā de dijs tuis dixeris ad xp̄m cōuertimur
Tūc Maxenti⁹ furoze accensus ipōs in medio ciuitatis cremari fecit:quos Katherina de fide xp̄i fideliter instruxit:ita q̄ nec capilli nec vestimenta eoꝝ exusta inuenirent. Post hoc Maxenti⁹ Katherinā blandicijs exhortās vt dijs immolaret:⁊ cū nō posset eā flectere iussit eam flagellis cedi ⁊ in carcerē obscuruꝫ recludi:⁊ ꝑ duodecim dies fame cruciari:quā tū dn̄s ꝑ angelū cōsolabat. Nam columba de celo veniens cibū sibi ministrauit:⁊ x̄ps cum multitudine angeloꝝ ei apparuit dicēs: Agnosce filia creatozē:durū em̄ subisti cōflictū: cōstans ergo esto ego tecū sum. Cōtigit igit̄ Maxentiū a fine terre sue recedere. Regina igit̄ amoze Katherine accensa cū pozphirio p̄ncipe ꝓperauit ad carcerem: q̄ vidit immensam claritatē in carcere refulgentem ⁊ angelos plagas sancte Katherine perungentes. Katherina ḡ regine ⁊ pozphirio p̄dicauit ⁊ ipos ad fideꝫ cōuertit:⁊ cū hoc eis palmā sui martyrij p̄dixit. Rediēs x̄o impatoꝛ Katherinā ad se venire iussit:videṡ cā ꝑ ieiuniū nō esse cruciatā:sed magis formosam: cuius todes carceris iussit tozq̄ri. Katherina x̄o dixit: Ego cibū ab hoīe nō assumpsi nec suscepi: ꝫ celesti cibo sum nutrita. Maxenti⁹ iterū incepit blāditiosis x̄bis exhortari dicens ad eam: O puella cōsulo formositati tue vt meis acquiescas cōsilijs ⁊ eris prima post reginam in palacio meo:si ydolis immolaueris. Sꝫ ipa constanter agens noluit consentire. Et ista iam scripta sunt tanq̄ initium passionis eius. ¶ Pro terminis nota. Costus est equinocum. Unde versus: Est species costus-proprium nomen quoq; costus.

Fit penalis machina pereunt ac milia dum rotaꝫ agmina paganoꝝ.
Adoꝝ priuaꝫ capite:assunt turbe celice:sepeliꝫ vertice montis syna.

¶ Hic autoꝝ insinuat complementū passionis x̄ginis gloriose.s. Katherine di. Postq̄ maxentius vidit q̄ Katherina blandimentis superari nō potuit(penalis machina)id ē rota plagatoꝝia(fit).i.paraꝫ: scꝫ ad dilaniandū sctām Katherinā(ac).ꝑ et(milia agmina).i.mille turbe(paganoꝝ).i.gentilū (pereūt) id ē necanꝫ (dū).i.ipa sctā Katherina(rotaꝫ).i.rotando martyriꝫ.s.ipa(ꝑua tur).i.occollaꝫ(moꝝ).i.statim(capite).s.suo sctō collo(celice turbe).i. turbe angeloꝝ(assunt).i.p̄sentes sunt ⁊ assistebāt eius morti:⁊ ipa(sepeliꝫ).i.humaꝫ scꝫ ab angelis(debite).i.reuerenꝫ.⁊(vertice).i.in summitate montis(syna)id est in altitudine mont̄ synai. ¶ Notandū:legit̄ in passionali cū Kathe.nec blādis x̄bis nec terroꝝib⁹ posset superari:venit quidā de familia regis noīe Cursātes dicens imperatoꝝi: O imperatoꝝ hec Katherina nō vidit adhuc tale genus tormentoꝝ quo terreꝝ:fac fieri quattuoꝝ rotas acutas clauis ⁊ rasoꝝijs infixis quaꝝ due cōtra duas moueanꝫ:q̄bus Katherina imponaꝫ vt coꝝp⁹ ei⁹ membratim lacereꝫ. His rotis factis ⁊ añ tribunal positis btā Kathe.secrete oꝝauit di. Dñe iesu xp̄e q̄ subuenis tuis in oñi necessitate:exaudi me in hac petitiōe ⁊ cōserua coꝝp⁹ meū a pena rotarū. Qua oratione facta statim mota sunt tonitrua ⁊ fulmina q̄ rotas cōcusserūt:⁊ multi paganoꝝ de familia regis perierūt. Q̄ vidēs regina descendit de palacio dicēs ad cesarē: O vesane ⁊ impie tyranne nū-

q̄d tanta miracula dei oīpotentis times q̄ adhuc deū verū quē superare nō potes psequi conaris. Q̄ audiens Maxentius considerauit eā esse xp̄ianā: t statim fecit eā decollari: cui⁹ corpus Porphirius sepeliuit postea. Quo facto iterum fecit adduci Katherinā: cui sic ait: O Katherina cōsenti mihi t adora deos meos: iam eris p̄ma in palacio meo: statuā aureā in medio ciuitatis faciem⁹ t imagine tua impssam: vbi hoies tanq̄ deam te adorabūt. Cui bea. kathe. rndit Sol⁹ deus adorand⁹ est: cui seruo fidē meā. Tūc rex iterū cogitauit de corpe regine: t quesiuit quis hoc abstulisset. Tūc porphiri⁹ p̄cedens cū militib⁹ suis dixit: Ego corp⁹ famule dei sepeliui. nā t ego xp̄ianus sum. Q̄ audiens Maxentius furore arrept⁹ clamore magno rugitū fecit dicens: Heu me miserū vt quid porphiri⁹ vnicū summū solaciū meū seduct⁹ est vt me derelinq̄t. Et statim iussit porphiriū cū ducentis militib⁹ in christū credētib⁹ decollari. Tūc dixit ad bē. katherinā: At tu malefica q̄diu nos ptrahis: ex duob⁹ vnū elige: aut maturi⁹ sacrifica dijs: aut capitali sententia plecteris. Cui katherina: sum parata ad sustinendū omnia que p nōīe xp̄i poteris inferre: Et sic ducit añ portā ad decollādum: t deo gratias egit: t p inuocantib⁹ ip̄am in necessitatib⁹ supplicauit. Ac ecce igit̄ vox de celo ip̄am vocauit dicens: Veni dilecta mea q̄ postulasti impetrasti: p quib⁹ oras salui erunt. Et tunc spiculator ip̄am decollauit: et lac de corpore ei⁹ p sanguine emanauit: ad innuendū eius v̄ginitatē: vb statim angeli accesserūt t corp⁹ b̄tē v̄ginis Katherine ad montē synai deportauerunt: vbi adhuc oleum sacrum de corpore suo manare videt: t vbi multa bñficia infirmis impendunt p̄stante dño iesu xp̄o. ¶ Pro declaratiōe terminoꝝ nota: Penalis ē nomen adiectiuū a nōe pena. Sed rotor aris est v̄bum passiuū deriuatū a nōe rota. Item truncor aris est v̄bum passiuū a nomine truncus. t ōr alicui⁹ habens crus quo priuat. Sed sepelio est v̄bū quarte cōiugationis. Sz vertex p̄cat summitatem montis masculi. ge. tertie declinatiōis.

Ora pro populo: p̄care p clero martyr xp̄i Katherina. Astantē populū laudantē te clerū foue rege p secula.

¶ Jam au. dirigit petitionez ad sanctā Katherinam di. O martyr xp̄i Katherina sic dicta (tu ora). i. intercede (pro pplo) cōmuni (tu p̄care). i. obsecra (p clero). i. p cōgregatiōe clericoꝝ: o sctā katherina tu (foue). i. nutri (pplm) scz xp̄ianū (astantē) scz tue festiuitati (t rege). i. guberna (clerū). i. mīitudinē clericoꝝ (laudantē) id est venerantē (te) scz Katherinā sanctā (p secula). i. eternaliter. ¶ Notandū p̄mo: hec beata virgo merito inuocat: Legit̄ em̄ cum deberet decollari orauit ad deum vt quicunq̄ memoriā eius celebraret in omnib⁹ necessitatib⁹ suis ppiciatiōis celebrem obtineret effectum. ¶ Item nota beata Katherina apparuit gloriosa in quinq̄. s. in sapientia: in eloquentia: in constantia: in dignitatis eminentia: in castitat̄ mūdicia. Añ quinq̄ sunt que violare possunt v̄ginitatē quā ipsa seruauit. habuit affluentiā bonoꝝ seu rerū temporaliū: cuj parentib⁹ ditissimis successit. Habuit oportunitatē: q̄ inter famulos suos versabat. Habuit etatem iuuenilē: q̄ octodecim annoꝝ fuit. Habuit etiā libertatem: q̄ libera in palacio remansit. Habuit etiā pulcritudinē: erat em̄ speciosa valde. Item nota beata Katherina magna dignitate fulsit in celestib⁹. Unde q̄dam priuilegia fuerūt in aliquib⁹ sanctis dum decederent: vt xp̄i visitatio in iohanne euangelista: olei emanatio in sancto Nicolao. lactis effusio in beato Paulo. sepulchri preparatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

in sancto clemente: petitionis exauditio in sancta Margareta. Hec omnia fuerunt simul in sancta Katherina: que aliis singulariter ⁊ particulariter erant cōcessa. ¶Nota: clerus est nomen secunde declinationis: ⁊ ōr a cleros qđ est sors quia antiquitus cleri ꝑm sortem fuerūt electi. Sed Katherina ōr a katha greece qđ est vniuersale latine: ⁊ ruina quasi vniuersalis ruina: quia omne edificium dyaboli in ea corruit. Edificiū cupiditatis mundane ꝑ diuitiarū cōtemptū. Vel katherina dicitur quasi cathenula: qr ipsa per opera sua cathenam fecit ꝑ quaz ad regna celorum ascendit.

DEus in tua virtute sanct⁹ andreas gaudet ⁊ letatur eadē comitatus. Piscatio nati tui ipsi primū factus piscator populorum.

¶Hic autor describit aliaz sequentiā de festiuitate scī Andree: in qua autor tria facit. Primo alloquit dominum iesum christū cōmendando sanctum Andreā. Secundo ostēdit virtutem ⁊ passionē eius. Tertio dirigit petitōnem ad eum. Secūda ibi: His legibus. Tertia ibi: Nos igitur. dicens ꝑmo sic: O deus (sanctus Andreas) id est apostolus sic dictus (gaudet) id est exulter (et letatur) id est gratulatur (in tua virtute) id est in magnificentia diuina (comitatus) id est secutus: scilicet te (eadem) scz virtute: scilz qua ipse sanctus Andreas est (piscator) id est captor (populorum) id est gentium: supple et sanctus Andreas est factus (piscatio) id est predicatio (tui nati) id est verbi incarnati: scilicet christi. Et sanctus Andreas (cepit) id est attraxit (primum) id est primo (rethe) scz (fidei) supple sua predicatione.

Myrmidones ydolatras diu fluctuagos rethe cepit fidei.

¶Mirmidones) id tales homines (ydolatras) id est infideles (fluctuagos) id est dubitantes in fide (diu) id ē longo tempore. ¶Notandū scribit propheta in psal. Cadent in rethiaculo ei⁹ peccatores. In quibus verbis ipse beatus Andreas commendatur: cui post vocationem data est potestas vt caperet peccatores rethiaculo fidei: et duceret eos ad portum salutis eterne. ¶Unde sciendum est qr beatus Gregorius dicit super euangelio Johannis. xxj. capło. Traxerunt rethe ad terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tanti essent non est scissum rethe. Ubi dicit beatus Gregorius qr duplex est captura. Prima captura fuit quando discipuli adorauerunt in naui pro captura piscium: et dominus apparuit eis ambulans supra mare: ⁊ cum discipuli mississent rethe in mari ex precepto domini: collegerunt multitudinem piscium: et rumpebatur rethe. Piscatores isti sunt apostoli ⁊ predicatores sancte fidei in ecclesia dei. Et precipue sanctus Andreas et frater eius symon Petrus: quibus dictum est: Uenite post me faciam vos fieri piscatores hominū. Et dominus ambulans super mare significat eius mortalitatem quando in fluctibus huius mundi ambulauit adhuc pro salute hominum morituꝰ. Et rethe ruptum fuit vetus doctrina et lex antiqua que ex multitudine piscium rumpebatur: et ex multitudine credentium: confundebatur. Sed dominus iesus christus post resurrectionē eius apparuit discipulis suis stans in littore maris: ąsi diceret: iam vobiscū in hui⁹ mūdi ꝑturbationibus non sum: ergo sup aquam nō appaream: sed sup terram: ⁊ rethe nō rumpes

batur: qꝛ fides sancta iam creuit q̃ a dño deo ꝓcessit. Mõ dr in actib⁹ apostoloꝝ Quod a deo est nõ potestis destruere. Uñ inter istos piscatores ⁊ sancte fidei catholice p̃dicatores beat⁹ Andreas apl's erat p̃mus. ergo de ipso spãliter põt dici: cadent in rhetiaculo eius pctõres. Uñ iusti nõ capiũtur cũ rethe fidei: ĩmo iã capti sunt: sꝫ capiũtur pctõres vt in captura cũ alijs piscibus fiãt iusti ⁊ boni.

¶ Itẽ no. Andreas quintuplicit̃ interpretatur. Primo quasi virilis. ab andros grece qd̃ est virile latine: ipse fuit virilis ꝑ cõstantiã in ei⁹ passiõe. Scd̃o interpretatur decorus. fuit em̃ decorus ꝑ vite castitatẽ. vñ dicebat ppl's: egea redde nobis hominẽ iustũ ⁊ sanctũ. Tertio interp̃tat̃ floridus: floruit em̃ ꝑ dei ⁊ proximi charitatẽ. vñ scribit̃ ibidẽ in ei⁹ passiõe. Hõ interficias hominẽ deo charũ. Quarto interp̃tatur pietatis parabola: ipse enĩ fuit ⁊ habuit pietatis parabolã ⁊ clemẽtie. Uñ subdit̃ ibidẽ: redde nobis homĩem piũ. Quinto interp̃tat̃ quasi sursum erectus ꝓpter sui humilitatem. iuxta illud euãg. Qui se humi. exalta.

¶ Itẽ no. littera dicit (gaudet ⁊ letat̃) vbi nota ꝙ sctũs Andreas ⁊ alij sancti in celo habẽt multiplicia gaudia: habẽt gaudia ex ꝑte anĩe: qꝛ deũ contemplando agnoscunt ⁊ cognoscũt ⁊ diligũt ⁊ diligendo ꝑfruuntur. Etiã habebunt gaudia ex ꝑte corporis quadruplicit̃. s. corporis subtilitatẽ: corporis velocitatẽ: corporis claritatẽ: corꝑis ĩpassibilitatẽ. vñ⁹. Est subtile velox claꝝ corp⁹ patiẽs nil. De gaudijs sctõꝝ dicit Ber. Merces sctõꝝ ẽ tã magna ꝙ mẽsurari nõ põt. ⁊ tam multa ꝙ enumerari nõ põt: ⁊ tã copiosa ꝙ finiri non põt: ⁊ tã p̃ciosa ꝙ estimari nõ põt. Itẽ de gaudijs sctõꝝ iteꝝ dicit Aug. O chare q̃re istã vitã amplecti noluisti: vbi vita sine morte: vbi iuuentus sine senectute: vbi lux sine tenebris: vbi leticia sine tristicia: vbi pax sine discordia: vbi voluptas sine iniuria: vbi regnuꝫ sine cõmutatiõe. ꝗ autor bene dicit ꝙ sctũs Andreas gaudet ⁊ letat̃. ¶ Itẽ no. beat⁹ Andreas metaphorice dr piscator xp̃i: qꝛ xp̃s existens piscator eum cũ frẽ suo petro vocauit. Uñ legit̃ in euang. Dñs vidit petrũ ⁊ andreã rethia sua mittentes in mari. ⁊ vocauit eos ⁊ secuti sũt eũ relictis rethib⁹ ⁊ naui. ⁊ facti sũt piscatores populorũ metaphorice loquẽdo: qꝛ ꝑ suam sanctã p̃dicationẽ tanq̃ per rethe hoĩes tanq̃ pisces ad fidem xp̃i cõuerterunt. Uñ christus dixit petro. ex hoc eris hoĩes capiẽs. ¶ Nota comitat⁹ est participiũ p̃teriti tꝑis deriuatum a verbo deponẽtali comitor. qd̃ cõponitur a con ⁊ imitor. Sed mirmidon est nomen cõis generis ⁊ dicit̃ quidã popul⁹ de tali ciuitate mirmidorũ: que s̃m doctores est ciuitas capitalis in achaia. Sed fluctiuagus a um est nomẽ adiectiuũ compositũ a fluct⁹ ⁊ a nomĩe vagus tanq̃ ex obliquo ⁊ recto: ⁊ dicit̃ fluctiuag⁹ quasi dubiosus vagans in fluctib⁹. i. laborãs dubijs ⁊c̃.

Is legib⁹ achaiã tuis de⁹ victor illius subiugauit. Et tropheum christi tui fixit ibi bonũ se ostentãs militem. Miraculis virtutib⁹ doctrinis quecũq; quesita spolia tibi o rex attulit. Atq; suo cruore triumphi inscripsit titulum tibi regum domine.

¶ Hic autor describit v̄tutes ⁊ passiõem sctĩ Andree di. ꝙ deum omnipotens. Is) id est sanctus Andreas apostolus (subiugauit) id est subiecit) (achaiã) talẽ regionem (tuis legibus). i. diuinis preceptis scꝫ postq̃ fuit (victor) id est superator (illius) scꝫ regionis. et be. andreas (fixit) id est formauit (tropheũ) id ẽ victoriã xp̃i tui). i. filij tui (ostẽtans)

Istũ crucis sociũ et regni credimus christi filij tui atq; fraterculum

boli cōterere. nam ipse est mille artifex. de quo dicit apl'us p̄muniendo v̄gines de insidijs dyaboli: Nolite seduci: ipse angel⁹ sathane transfigurat se in angelū lucis. Sed hec virgo in sua fortitudine comendat̄: qꝛ in prima ꝯgressione serpētem antiquū deuicit: ⁊ ideo suscepit triumphū glorie. Vñ ad cōmendationē virginis dicit beatus Aug. Nulla carnis fecūditas virginitati pōt cōparari. cedat huic oīs fecūditas: oīs pudicicia cōiugalis. vñ Hiero. Nuptie replent t̄rā: virginitas paradisum. Itez virginitas facit hominē deo dilectū. vñ Beda. Sicut christus in summa paupertate natus est vt pauꝑtatē diligere ostenderet: ita ipse de virgine nat⁹ est vt se decus virginitatis diligere manifestaret. vñ Hiero. Plus amat xp̄us virgines que sponte deo vouent castitatem. ¶ Pro terminis nota: miror est verbum deponentale p̄me cōiugationis. Sz cōgressio est nomen feminini ge. tertie declinationis deriuatū a v̄bo cōgredior. Sz resisto est v̄bū tertie cōiugatiōis cōpositū a re ⁊ sisto: ⁊ significat contrariari.

Nūc inter v̄gines adducta post eam que mater est intacta virginū virginis marie digna est pedissequa

¶ Hic autor ꝓbat dictū propheticū in principio positū ꝑ glorificationē hui⁹ virginis ⁊ remunerationē hui⁹ certaminis dicens: O xp̄e hec virgo est (nūc) id est in p̄nti (adducta). i. recepta. s. in regnū celoꝝ. ⁊ locata (inter virgines) scz beatas: ⁊ collocata (post eaz). i. illā. s. mariā (que). s. v̄go maria (est intacta). i. immaculata (mater) scz dñi iesu. s. (est). i. existit (digna pedissequa). i. famula seu ancilla (marie virginis virginū) scz que ꝑ excellentiā v̄go virginū dicit̄.

Te agnum sine macl'a iam sequitur stola candida filium virginis quocunqꝫ virginum flos ierit. Cuius intercessione nos tuere.

¶ Ip̄a em̄ v̄go que hic in mūdo militauit induta veste innocentie ⁊ castitatis (sequit̄) id est imitat̄ (iam) id est in p̄senti (te) iesuz xp̄m (agnū sine macula). i. immaculatū (candida stola). i. splendida veste (filiū v̄ginis). s. marie (quocunqꝫ). i. ad quē locū (flos v̄ginū). i. v̄go maria q̄ dicit̄ flos ⁊ decus oīm v̄ginum (ierit). i. transierit (cui⁹) scilicet virginis (intercessione). i. precib⁹ ⁊ merit⁹. o xp̄e (tuere). i. defende ⁊ ꝓtege (nos) scz xp̄ianos ¶ Notandū: in hac littera tangunt̄ due ꝓphetie q̄bus ꝓphetatū est regnū celorū qd̄ cōgregat̄ ex animab⁹ fidelib⁹ ⁊ immaculatis. xp̄s em̄ nr̄ legifer s̄m apl'm surrexit a mortuis p̄mitie dormientiū: ⁊ hūc sequimur consurgēdo ⁊ beata v̄go assumpta est vt ip̄am om̄s virgines ⁊ oēs fideles anime sequant̄. nam de ea scribit p̄s. Adducent̄ regi virgines post eam. s. beatam v̄ginem ⁊ ꝓxime ei⁹ adducent̄ regi xp̄o in leticia ⁊ exultatione: ⁊ adducent̄ in templū regis. i. thronū eternitatis: vbi erunt pedisseque istius summe virginis. Sed alia ꝓphetia scribit̄ in Apocal'. nam Johannes in visione interrogat: Qui sunt hi: ⁊ dicit angelus: hi sunt q̄ cū mulierib⁹ nō sunt coinquinati: virgines em̄ sunt: ⁊ sequunt̄ agnū quocunqꝫ ierit. illum scz agnum qui occisus est ⁊ lauit nos a peccatis sanguine suo. Et iste agnus immaculat⁹ filius v̄ginis est: et ergo merito habebit ipsa sequentes. Et qm̄ om̄s iste v̄gines in gloria eternitatis sequunt̄ filium virginis q̄ est mediator inter deū patrem ⁊ pctōres: ꝯ merito autor orat vt sancte v̄gines nos ꝓtegant suis p̄cib⁹ ⁊ defendant. ¶ Pro terminis nota: adductis cta ctum est ꝑ-

ncipiũ ꝓteriti temporis a verbo adducor deriuatũ: qđ componit ab ad ⁊ ducor: Sed pedisse qua est nomen feminini ge. ⁊ deriuat ab illo, noĩe pes pedis: ⁊ ab illo vbo sequor sequeris: ⁊ est ancilla sequens dominam suam.

¶ Ista sequentia decantat in festo sanctaꝝ virginum: ⁊ ꝓt diuidi in tres ptes. Primo alloquit sanctas virgines ipas cõmendando. Scõo tangit q̃ modo cuilibet vgini suscepte in celũ obuiare debet chorus vginũ ⁊ decantare xpo laudẽ ibi: huic sponso. Tertio dirigit petitionẽ ad xpm. ibi: ad talia tu nos gaudia. Dicẽs ꝓmo sic: O (celestis sponsa). i. o beata vgo: tu (gaude) i. letare: q̃ (ingressa). s. es. i. que introisti (iam). i. modo (templũ). i. diuinã gloriã (summi regis). i. omnipotentis dei (ducta). i. vocata (ad regale cõuiuiũ). i. ad celeste cõuiuiũ (⁊ mox) id est statim (intratura secreta). i. archana (cubilis). i. regni celestis (mansura) id est ꝑmansura (semꝑ). i. eternaliter (vgo) qz (filio regis). i. dei oĩpotentis existens (amatoz castitatis). i. vginitatis (seruat). i. retinet (locũ pudoris). i. claustra pudicicie. ¶ Notandũ circa lrã q̃ sancte virgines merito debent gaudere: qz meritũ vginale capit centuplũ fructũ. Est eñ virginitas thesaurus: qui si semel amissus fuerit: recuperari nõ põt: ⁊ ergo ꝺz: q̃ virginitas sit recepta ad regale cõuiuium. Licet eñ aliqui in celo ineffabili gaudio fruantur. nunq̃ tamen ad hoc speciale cõuiuium virginale perducunt.

Gaude celestis sponsa. Sũmi regis iam templum ingressa. Ad regale iam cõuiuium ducta. Et mox intratura cubilis secreta ꝑ virgo mansura Filius regis amator castitatis seruat locum pudoris.

¶ Hic an. tãgit quõ xpo sponsoveniẽti obuiare ꝺz chor9 vginũ: ⁊ decãtare xpo laudẽ dicẽs: O (oĩes scrẽ vgines. obuiate. i. occurrite (sponso). i. xpo (venienti). s. de celo: ⁊ (ferte). i. portate (iã). i. isto tpe (lampades ardentes. i. cõburẽtes: hoc est bona opa (deferẽtes). i. hñtes (oleũ). s. misericordie (in vasis). i. vestris lampadibus.

Huic sponsovenienti vgines omnes obuiate. Ferte lãpades iã ardentes in vasis oleũ simul deferentes

¶ Et vos virgines (adornate) id est decorate (festinanter regiũ thalamũ). i. habitaculũ omnipotentis dei (⁊ decantate). i. laudem exhibete (canticũ). i. carmẽ leticie (regi regum). i. xpo filio dei. s. qđ canticũ (decantandum est (solis virginibus)

Et regiũ festinanter adornate thalamũ. Et regi regũ decantate canticũ solis virginib9 decantandum.

¶ Janua regni). s. celesti (patet). i. aperta est (intrẽt) scz ꝑ eã ad celestẽ gliam. s. vgines (q̃ sũt parate). i. electe (oĩs virgo sit memor). i. recordet isti9 (cũ sponsus venit) id ẽ intrabit regnũ celorum (quis hominũ possit eum) scz populum (sequi). i. imitari.

Janua patet que parate sunt intrẽt Cum sponsus venit quis eum sequi possit omnis virgo memor sit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

¶ Notandum autor in littera ponit quandam similitudinē q regnū celoꝝ comparatur decē virginibus quarū quinq erāt prudentes ⁊ quinq fatue: q̄ simul vocate sunt ad nuptias. prudentes acceperūt oleū secū cum lampadib⁹ ⁊ veniē. tē sponso dormitaucrūt oēs. ⁊ media nocte clamor factus est: Ecce spōsus venit exite obuiā ei. prudentes (qui oleū habebāt) venerūt obuiā sponso accendentes lampades suas. fatue nō habētes oleū dixerūt prudentibus: date nobis de oleo vestro: qm̄ lāpades nostre extinguunt. Prudentes rūderūt: ne forte nobis ⁊ vobis deficiat: ite potius ad vendentes ⁊ emite vobis. Et interim sponsus venit ⁊ prudentes introierūt cū eo ad nuptias ⁊ clausa est ianua. venientes autem fatue et pulsantes dixerūt: dn̄e aperi nobis. Respondit sponsus: amē amē dico vobis nescio vos. ¶ Nota q decē virgines intelligit ecclesia q̄ distinguit q duos quinarios: q quinq sensus quos de⁹ dedit vnicuiq. Q̄ oēs acceperūt lāpades ses cū significat opa bona q̄ operate sūt. ⁊ q fatue nō habebāt oleū significat q nō quesiuerūt diuinā laudē: sz exteri⁹ humanā laudē: ⁊ spōso veniēte oēs dormierunt. hoc est ante diē iudicij oēs moriemur: sz media nocte clamor fact⁹ est. hoc est in die iudicij q vocē tube sonātis oēs simul resurgem⁹: ⁊ tūc prudētes ornabant lampades suas q secreta opa que fecerūt. ⁊ tūc fatue q̄ de opibus bonis laudem humanā sumpserūt nō habentes oleū. i. opus meritorū dicētes: date nob ⁊c. i. date tm̄ testimoniū de nobis: qz scit⁹ q reputati eram⁹ beati in mūdo. tūc prudentes dixerūt. ite ⁊c. quasi dicerēt nos nō habem⁹ testimoniū dare de vestris conscientijs. vix em̄ possum⁹ iudicare cōscientias nostras: ite poti⁹ ad vendentes ⁊c. id est ad adulatores q̄ solēt facta vra cōmēdare. ⁊ interim sponsus. s. xp̄s venit reddēs vnicuiq iuxta opa sua. ⁊ virgines prudētes intrabūt cū eo. i. homines q̄ bene egerūt in hac vita. Tunc fatue clamabūt: dn̄e aperi nobis fac nobis iuuamē: tūc xp̄s respōdet. Amē dico vobis: qz nescio vos. quasi diceret. amplius nullā facio miscōiam: sed purā iusticiam. Sic ergo fatue amiserunt celestia regna ita q nullam misericordiam sunt cōsecute.

Ad talia tu nos gaudia perduc chriſte redemptor p te memor ſponſe iũges illi ſperantes in te.

¶ Hic autor dirigit petitionē ad christū dicēs: O (xp̄e redēptor). i. liberator. s. p sanguinē tuum (tu pduc nos ad talia gaudia) scz sempiterna. tu (sis memor sponse). i. ecclesie xp̄iane (sperātes). i. spem firmā habentes (in te). i. in tua misericordia (p te). s. xp̄m (iunges). i. associas (illi). s. regno celesti. ¶ Notandū autor hic ꝺt q xp̄s debet saluare ecclesiam iō: qz redemit eā suo p̄ciosissimo sanguīe. ⁊ illud debet seruare in memoriā ⁊ ecclesie dare vitā eternā: qꝺ det nobis iesus xp̄s filius dei viui in secula seculorum. amen.

Dſallat eccleſia mater illibata et virgo ſine ruga honorē huius eccleſie.

¶ Hic autor describit aliud cāticū in q̄ generalit̄ oīa cantica sequentiarum clauduntur: ⁊ est de dedicatione templi ⁊ inter alia cātica obtinet vltimū locū: qz hoc festū non respicit determinatū temp⁹ anni: sed in diuersis locis sub diuersis tēporib⁹ celebrat. ⁊ diuidit ista sequētia in tres ptes. In p̄ma pte hortat pplm ad laudes decātādas in dedicatiōe tēplorū. In scōa pte cōparat tēplū nr̄m materiale ad tē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

plum celestis patrie. In tertia describit xtutes t effectus temploꝝ nostroꝝ ex iubilatiõe dei ꝓuenientiũ. scõa ibi: hec domus aule. tertia ibi: hic noua ꝓlem. Quantũ ad primũ dicit sic (Ecclesia). i. tota xpianitas exñs (illibata). i. immaculata (mater t virgo) scz florida (sine ruga). i. sine plica siue malicia peccatoꝝ (psallat). i. decantet (honorẽ). i. reuerentiã (huiꝰ ecclesie). s. materialis nouiꝫ dedicate. ¶ Notandũ: Johes scribit cap̃. j. Magister vbi habitas. t sunt xba vocatiõis apl̃oꝝ principaliũ: qui cum sequerent dñm: statim de eiꝰ habitatione quesierũt. Ubi nota: q multiplex est habitatio dei. Prima est in celestibꝰ siue in regno celoꝝ. vñ ps. Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis: t ps in li. de celo t mũdo dicit: Qõ aũt sursum est habitaculũ deoꝝ est. Scõa habitatio dei fuit in tabernaculo veteris testamenti: qõ factũ est in exitu filioꝝ israel de egypto: in quo credebaꝫ habitare dñs. nã in eleuatione centurij clamauerũt oñes Exurgat deus t dissipent inimici eius. Tertia habitatio dei fuit vterus virginis glorioſe: vt dicit Eccli. xxiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. quare btã xpo templũ appellat. Quarta habitatio est sanctuariũ noui testamẽti: in quo exercet mysterium sancte cõionis: vt habeat memoria dñice passiõis. Quinta habitatio est anima fidelis quã dñs inhabitat ꝑ gratiã. Un apl̃us ad Corin. iij. Templũ dei sanctũ est qõ estis vos. Sed de his quinq̃ habitationibus quartũ habitaculũ in hoc festo recolit. in quo agit temp̃ renouattiõis: in q̃ templũ materiale ad laudem dñi est cõsecratũ. ¶ Scõo nota: hec solennitas ex antiquo tpe inchoata est. nam mltiplex legit habitaculũ siue tabernaculũ: sicut dicit apl̃s. Tabernaculũ ꝑmũ in quo erant candelabra aurea t mensa ꝓpõnis: t huiꝰ tabernaculi pontifex fuit melchisedech rex salem: cũ abraam reuerteret a cede acq̃sita victoria cum magna solẽnitate obtulit ei panẽ t vinũ. Scõm tabernaculum fuit in quo erat archa veteris testamenti: q̃ cõtinebat tabulas moysi. t vrnam aureã cõtinentẽ manna: t xpgam aaron q̃ floruit. t habebat velamen: et cherubin obumbrantia: t huiꝰ autoꝝ fuit moyses. Tertiũ tabernaculum edificauit salomon ex lapidibꝰ sectis seu sculptis: t ornauit illud intrinsecus auro mundo: t iudas machabeus renouauit t ornauit faciem templi corõnis aureis. t edificauit altare dñi: t facta est letitia magna: t celebrauerũt edificationes t renouatiões septem diebꝰ. Ex quo patet q oñs hystorie veteris testamenti erant q̃ si figure noui testamenti: qz omnia tabernacula impleta sunt in nostra sancta ecclesia q̃ materialiter construit in terris: sed spũaliter in celis viuis ex lapidibus vt dicit Johannes in Apoc̃. Vidi ciuitatem sanctã hierlm nouã descendentem de celo a deo paratã: sicut sponsam ornatam viro suo: g̃ filij sancte ecclesie digne colũt solennitates t dedicatiões domus dei qnã inhabitat domin̄ oĩm: de qua dedicatione pñs sequentia est composita. ¶ Tertio nota: cõgregatio fideliũ dicitur mater illibata: qz pariet filios incorruptibiles. ipa eñ obtinet regnũ cũ lampade ardente celum ingrediens. Ipsa eñ ꝺr virgo incorrupta: qz lz in ꝓncipio fuit modica t parua soror nostra: vbera nõ hñs q̃bus lactaret filios gratie: sicut dicit glosa sup cantica canticoꝝ. sed cum crescebat cõfortabaꝫ ambulãs in timore dei t cõsolatione spiritussancti. ¶ Pro terminis est notandũ q illibatus tatum: est nomen adiectiuum a xbo libo derivatũ. Item libo bas in vna significatione idem est qõ gusto. inde libatus tatum: id est gustatus. Inde ꝑ compositionem illibatus: idem est qõ nõ gustatꝰ ꝑ gustum: vl̃ ꝑ aliquẽ sensum male cõcupiscentie. Sed ruga ruge est nomen prime declinationis fe. ge. i. plicatio cutis in fronte: vel replicatio alicuius vestimenti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Hec dom⁹ aule celest⁹ ꝓbat̄ ꝑticeps
In laude regis celoꝝ et ceremonijs.

¶ Hic au. compat templū materiale ad eccl̄iam celestis curie di. Hec domus scz ecclesia materialis manufacta (ꝓbat̄). i. approbat̄ (esse). i. fore (ꝑticeps). i. socia in virtute (aule celestis). i. regni celoꝝ (in laude) id est honore (regis celoꝝ). i. oīpotentis dei (ꝛ ceremonijs). i. solennitatib⁹ factis cum candelis.

Et lumine continuo emulans ciuitatem sine tenebris. Et corpora in gremio confouens animarū que in celo viuūt. Quam dextera protegat dei
Ad laudem ipsius diu.

Et scz hec sancta eccl̄ia (emulans). i. sequens est (cōtinuo lumine). i. bonis operib⁹ (ciuitatē) id est eccl̄iam triūphātem siue regnum celorū (sine tenebris). i. sine macula peccatoꝝ. ꝛ (cōfouens). i. defendens (in gremio). i. in cimiterio: vel in custodia sua (corpora) id est reliquias animaꝝ. s. sanctaꝝ (que) scz anime (viuunt) scz eternalit̄ (in celo) id est in celesti regno (Quam) scz eccl̄iam materialē (dextera). i. potestas siue diuina maiestas dei om̄nipotētis (ꝓtegat). i. defendat (diu). i. longo tempe (ad laudē). i. honorem (ipsi⁹) scz dei omnipotentis. ¶ Notandū hoc templum materiale comparat̄ ad regnū celestis curie in trib⁹. Primo in exhibitione laudis: qꝛ sicut angeli ꝛ sancti in aula celesti nunq̄ cessant laudare deum: sic nos in ecclesia nostra debem⁹ frequenter laudare dn̄m. et ergo dicit ꝓpheta in p̄s. In ecclesijs benedicite dn̄o. Secundo comparat̄ aule celesti ꝓpter claritatē: qꝛ cōstat ꝙ celum continet in se corpa lucida: scz stellas ꝛ planetas. De qua stella dicit cōmentator: stella est dentior pars orbis. i. firmamenti. ꝛ in similitudinē huius ponimus in ecclesia nostra lampades ardentes ꝛ candelas. Tertio compat̄ aule celesti ꝓpter receptionem alteri⁹ partis compositi: nam cum homo morit̄ tunc templum celeste recipit formā. i. ip̄am anīam: sed templū nostrū materiale recipit alteraz ꝑtem scz materiā: puta corp⁹: qd̄ in ecclesia vel in cimiterio qd̄ d̄r gremiū ecclesie: sepelit̄. ¶ Secundo nota: q̄uis autor nō ponit hic plures in littera compatiōes sil̄itudinis: sunt tn̄ plures. Unde templū istud compat̄ aule celesti ꝓpter p̄sentiā dei: qꝛ deus semp p̄sentialiter est in regno celoꝝ. Item ꝓpt̄ p̄figurationē factam in visione iacob qn̄ vidit scalam ꝛ cacumen eius celum tangens: ꝛ vidit angelos ascendentes ꝛ descendentes ꝑ eam dixit: Uere iste locus sanctus est. Ex isto infert̄ ꝙ nulla ecclesia materialis edificat̄ nisi locus iste specialiter fuerit a deo elect⁹. ꝛ dicit p̄s. Hic habitabo qm̄ elegi eam. Item ex isto quia templū nostrū est tanq̄ oratorium vbi miscd̄iam dei querentes possum⁹ inuenire. Unde in euangelio: Domus mea domus orationis vocabit̄: in ea om̄is qui petit accipit: ꝛ qui querit in hoc templo vt eius misericordiam consequi mereamur: quia dicit p̄s. Quia veritatem ꝛ misericordiā diligit deus: gratiam ꝛ gloriam dabit domin⁹: ꝛ etiam vt post frequētationē huius templi celestem patriam valeamus frequentare: vbi est summa pax ꝛ iocūditas infinita. Unde p̄s. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutum: concupiscit ꝛ deficit anima mea in atria domini. Et alibi: Ecce q̄bonū ꝛ q̄iocundum habitare fratres in vnum.

¶ Pro declaratione terminorū est notandū: Particps est nomen adiectiuum: omnis generis deriuatū a nomine pars ꝛ a verbo capio. Sed cerimoniū est nomen neutri generis: ꝛ significat laudem que exhibet̄ deo in accensione thuris ꝛ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

candelarum. Sed emulus est participium a verbo deponentali emulor deuatum: qd̄ significat diligere: inuidere vel sequi. Unde quidam: Emulor inflatur amat inuidet: ac imitat̄. Sed tenebre est nomen pluralis numeri feminini generis: prime declinationis.

Hic nouā prolem gratia parturit fecunda spūssctō. Angeli ciues visitāt hic suos ⁊ corpus sumitur iesu.

¶ Hic magister ostendit effectum nostre ecclesie ex diuina inhabitatione dicēs (Gratia) scz dei (fecunda) id ē fructuosa vel fertilis (spūssancto) id est paraclito (parturit). i. generat (hic) id est in isto templo (nouam prolem) id est nouam filiam scz per regenerationem baptismatis (Angeli): id est exercitus angelorum (visitant): id est custodiunt (hic) id est in isto templo (suos ciues) id est beatas animas vel fideles homines (⁊ corpus iesu) id est sacramentū altaris scz conficitur in templo. ⁊ sumitur a fidelibus.

Fugiunt vniuersa corporis nocua: Pereunt peccatricis anime crimina Hic vox leticie ꝑsonat. Hic pax ⁊ gaudia redundant. Hac domo trinitati laus ⁊ gloria semꝑ resultat.

¶ Uniuersa nocua) id est nociua om̄ia corporis: scz humani (fugiunt) id est recedūt scz per ingressum huius templi: (crimina) id est peccata peccatricis (anime) id est anime existentis in peccatis amouentur: scilicet ꝑ ingressum templi (hic) id est in illo templo: (redundant) id est superfluunt (pax) scilicet diuina ⁊ gaudia inestimabilia (hac domo) id est in hoc templo (resultat) id est exhibeatur (trinitati) id est deo omnipotenti (semper) in est in omni tempore (laus) id est honor (et gloria) id est reuerentia summa. ¶ Notandum: sancti patres statuerunt vt regeneratio fideliuꝫ que fit per sanctum baptisma: fiat in facie ecclesie: quia in baptismate vetus homo exuitur et nouus induitur. Sic ecclesia dicitur parere nouos filios: spiritu sancto fecundatos. ¶ Secundo notandum est: ꝙ in consecratione ecclesie expellitur omnis potestas maligni spiritus. Nam principes iubent̄ aperire portas suas vt ingrediatur rex eterne glorie: ⁊ sic angeli semper assistūt in ecclesia: vt orationes fidelium accipiant de ore hominū: et portent in conspectu dei: quare dicit p̄s. In cōspectu angelorum psallam tibi: ⁊ alibi: Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: ⁊ hoc tangitur in secūdo versu ibi: Angeli ciues ⁊c̄. ¶ Tercio nota: rex glorie ingredit̄ templum istud quando mystarialiter mactat̄ ⁊ offertur in oblatione deo patri in specie panis. De tali pane loquitur psalmista: Et panis cor hominis confirmet. Item nota: In sancta ecclesia est remissio peccatorum: vt legit̄. iij. Regum: ꝙ cum salomon consummasset beneficium templi sui declinauit genua sua: ⁊ orauit dominū dicens: Domine si cōuersus fuerit populus ⁊ orauerit in loco isto tu exaudies in celo domine: ⁊ propicius esto ei: vnde templum domini vocatū est vt in eo inuocetur nomen domini et peccata populi ex intercessione iesu christi remittant̄: ergo cantatur merito sancte trinitati laus ⁊ gloria sempiterna Amen. ¶ Pro terminis nota: nocuus cua cuū. i. nocens vel cui nocet̄. ⁊ cōponit̄ innocu⁹. Crimen nis: n. t. d̄r a careo: vt furtū vl̄ falsitas ⁊ sil̄ia: q̄ nō occidūt sed infamant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

De beata virgine

Mittit ad v̄ginē nō quēuis angelū sed fortitudinē suā archangelū amator hominis.

¶ Hoc est aliud canticū ꝛ sup. addit ad laudem ꝛ reuerentiam beate virginis marie: ꝛ sic plura cantica talia que per ordinem sunt declaranda. Et dicit hoc p̄sens canticum principaliter in duas partes. In p̄ma parte declarat annunciationē beate virginis quō fuit p angelum salutata. In secunda pte alloquit personas que huic annunciationi affuerūt. Secunda ibi: Exi qui mitteris. Prima pars diuidit adhuc in duas partes. In prima parte declarat quomodo ab isto angelo ꝛ nō ab alio fuit salutata. Secunda ibi: Forte expediat: dicens (amator hominis). i. deus amās hominē (non mittit) id est dirigit (quemuis angelū) id est quemlibet nuncium (ad virginem) scz mariam (sed) pro tamen (suam fortitudinem archangelū) id ē gabrielem qui fortitudo dei interpretat. ¶ Notandum: scribit in canticis canticor̄: Introduxit me rex in cellaria sua: ꝛ ordinauit in me charitatem. In quib⁹ v̄bis beata v̄go Maria dupliciter commendat. Primo rōne obumbrationis spiritussancti: cum dicit: Introduxit me deus ꝛc. Secundo rōne intime charitatis ibi ordinauit in me charitatem. De primo dicit in canticis: Subumbra illi⁹, quem desiderabam sedi. De illo dicit beatus Grego. Beata virgo dilexit filiuz ex tota anima sua. i. sapienter: ex tota mente sua. id est memoriter: ex omnib⁹ viribus suis. i. fortiter: Unde ꝛ filio suo in morte firmiter adhesit: quare beata virgo pluribus rebus comparat: scz auroze: lune: soli ꝛ castror̄ aciei. Omnib⁹ enī necessariū est presidium. nōdum cōuersis ad fidem est luna: qz eor̄ mortem sue luce miserationis illustrat. incipientib⁹ auroza: ad bene agendum eos paulatim informans. proficientib⁹ ꝛ pfectis est sol: dum eos exemplo sue puritatis irradiat. impugnantib⁹ a dyabolo est quasi castrorum acies dum eos ab insidijs ei⁹ p tegat ꝛ liberat: q̄uis sic omnes pie viuentes tuti sint virtutibus v̄ginis glorioſe. Ideo sequentia in laudem ꝛ gloriā eius est compilata. ¶ Pro terminis nota: q̄uis est nomen habens secundā declinationem ꝓnominis. et componit a noīe quā: ꝛ a syllabica adiectione uis.

Fortē expediat ꝓ nobis nūciū natu re faciat vt p̄iudiciū in ptu virginis

¶ Hic autor reddit rōes q̄re deus misit archangelū dicēs Propterea misit deus gabrielem fortitudinem dei. vt archangelus gabriel (expediat) id est annunciaret ꝛ exponat (fortē nuncium) id ē filium dei (ꝓ nobis) scz hominibus. s. q̄ ꝓ nobis missus est a patre in hunc mūdum (vt) sup. fortis nunci⁹. s. fili⁹ dei (faciat p̄iudicium). i. p̄cedens iudiciū (nature) scz humane (in partu v̄ginis) scz marie.

Naturā supat nat⁹ rex glorie regat ꝛ imperat zima tollat scorie ō medio Superbientium terat fastigia colla sublimiū calcet vi ꝓpria potēs ī plio

¶ Rex glorie) id est xp̄s fili⁹ dei (natus) id est genitus (superat) id est excedit (naturā) scz omnē: scz q̄ (regit) id ē gubernat scz omnia (ꝛ imperat) id est p̄cipit scz omnibus vel imperiū tenet (vt tollat). id ē remoueat (zima). i. fermentū) scorie) id est immundicie (de medio) scilz mundi (ꝛ terat) id est cōterat (fastigia) id est tedia (superbiētiū. ꝛ rex glorie (potens). i.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

valens(in prelio).i.in bello(calcet)vel calcãs est(colla).i.capita(sublimium) id est supbientium(ꝓpria vi).i.virtute ⁊ potestate.

Foras eijciat mũdanũ pricipez matremq; faciat participẽ patris iperij

¶ Eijciat).i. expellat (mundanũ ꝑncipem).i.dyabolum (foras q;) ꝓ et (faciat mr̃em) scz mariam(secũ).i.in se(participem).i.partẽ capientẽ(imperij).i.regni(patris)scz celestis. ¶ Notanduz beatus Grego.dicit sup hoc euãge. Missus est angel⁹ gabriel ad mariam.ĩmo necessaria fuit vt iste angelus q̃ fortitudo dei interp̃tatur ad virginẽ mitteret: de qua rex fortissimus nasceret: qr decuit vt fortis fortẽ ꝑconizaret. Nã ꝟm philosophum. Om̃e simile applaudet suo simili. ¶ Scdo no.autor in hac sentẽtia declarat fortitudinẽ dei esse manifestã in sex. Primo in trãsgressu cursus naturalis. Ipe em̃ in partu suo fecit nature preiudiciũ: videlicet vt virgo pareret. Hec em̃ fortitudo figurata fuit ꝑ portam Ezechielis que semꝑ clausa ꝑmansit. Scdo patet fortitudo dei in purgatione peccatoꝝ: qr potẽs deus soluere erat debita que dudum erãt humano generi affixa: ⁊ hec fortitudo designata ẽ in Apoca.vbi dicit: Dign⁹ est dñs accipe librũ ⁊ aperire signacula ei⁹. Et ergo dicit beatus Aug⁹.ꝙ deus vidẽs viciuz ꝯtra deũ in humana natura: fieri voluit homo ꝯtra naturã. Tertio fortitudo ei⁹ patet in hoc ꝙ cõtriuit supibentes ⁊ fastidiosos.qd̃ ꝑfiguratũ est in libro Macha.qñ iudas machabeus cum parẽtib⁹ et filijs israel magnã multitudinẽ paganoꝝ occidie.ipse nãq; xp̃s est iudas Machabe⁹ q̃ sua virtute oẽs supbientes cõtriuit.vñ Ps̃. Deposuit potentes de sede. ⁊ ergo dicit Ps̃. Dominũ formidabũt aduersarij eius. Quarto ostenditur fortitudo dei in collisione sublimiũ que prefigurata est in lib. Reg.vbi dauid goliam interfecit. Unde dauid manu fortis interp̃tatur: ꝑ quem xp̃s intelligitur: qui superauit goliam.id est om̃es homĩes sublimes in ꝑtinacia cordis proteruientes. ⁊ ergo dicit Prouer.ix. Sapiẽtia edificauit sibi domũ et excidit columnas septẽ ꝑ quam subdit sibi gentes supborũ ⁊ sublimiũ. Et hanc materiã Augustinus tangit in littera. Quinto fortitudo dei patet ꝑ victoriã quã fecit quando in ligno crucis triũphauit.de quo dicit Amb̃. Autor pietatis in cruce pendens in secularibus negocijs pietatis diuidebat ꝑsecutionem apostolis: pacem discipulis: corpus iudeis: patri spiritum: virgini paranymphũ: latroni paradysum: peccatoribus infernũ: crucem christianis: penitentibus veniã cõmendat: ⁊ hec erat fortissima victoria.tunc inenumerabilem multitudinem dyaboloꝝ deuicit. Sexto patet ei⁹ fortitudo ratiõe ascensionis: qr ꝓprium corpus de virgĩe sumptum sup om̃es celos collocauit. ¶ Pro terminis no.syma ꝟm aliquos fuit nomen tertie declinatiõis neutri gñis. ⁊ declinabat̃ syma atis. Sz ꝟm modernos est p̃me declinatiõis ⁊ declinabatur sicut pascha. Sed expedit est verbum transitiuũ quarte cõiugatiõis: ⁊ significat alquẽ in negocio certificare.et transponit̃ hic pro ꝓmittere. Sed superbiens ẽ participium deriuatũ a verbo supbio qd̃ ẽ cõposite figure. Sz eijcio ẽ verbũ trãsit.cõpositũ ab e ⁊ iacio deponẽdo a.

Exi qui mitteris hec dona dissere reuela veteris velamen littere virtute nuncij.

¶ Hic autor alloquit̃ ꝑsonas que in annunciatione fuerunt p̃sentes. Nã ibi fuit xp̃s tãq̃ a patre missus: ibi etiã fuit angel⁹ tanq̃ salutãs.ibi fuit virgo maria tanq̃ salutata. Et di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

uidit in duas partes. In prima facit hoc qd dictũ est. In scda specialiter cõmẽdat beatã virginem. Scda ibi: Audit ⁊ suscipit: dicẽs primo sic. O gabriel (tu exi) scz de celo ⁊ veni (qui) scz gabriel (mitteris) scz a deo. tu (dissere) id est ediscere ⁊ expone (hec dona) scz incarnationis filij dei. scz ⁊ tu (reuela). i. manifesta (velamen). i. tegmen (veteris littere) id est veteris testamẽti (virtute) id ꝑ virtutem (nuncij). i. filij dei missi in hunc mundũ.

Accede nuncia dic aue cominus dic plena gratia: dic tecum dominus: et dic ne timeas. Virgo suscipiens dei depositum in quo perficiens castum propositum ⁊ votum teneat.

Accede) scz gabriel id est appropinqua (nũcia). i. annũcia scz filiũ dei. tu (dic aue). i. fis sine ve. (cominus). i. ꝓpe. tu (dic plena) id est repleta (gratia) scz diuĩa (tu dic domin⁹) id est filius dei (iesus) scz sit tecum. ⁊ dic scz o virgo maria (ne timeas ꝟgo). scz maria scz suscipiens) id est accipiens (depositum) id est thesaurum. s. filium dei scz patris (in quo) scz deposito (perficiens) scz est id est complens (castum propositũ) id est castam intentionẽ (⁊ teneat) id est seruat (votum). i. desiderium scz castitatis. ¶ Notandum ꝙ in littera autor alloquit tres ꝑsonas que fuerũt in annunciatione beate virginis. Sub isto dicit beatus Grego. ꝙ ꝓpterea tres persone fuerunt vt testimonium incarnationis posset verificari: qꝛ in numero duorũ vel rium stat omne testimoniũ. ¶ Scdo no. autor in littera tangit totam materiaz annunciationis: quia cum angelus missus esset ad virginem mariam in ciuitatem dixit ad eam. Aue gratia plenus dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Ecce cõcipies ⁊ paries filiũ ⁊ vocabis nomẽ eius Jesum. Tũc rñdit. Quomodo fiet istud quoniã virum nõ cognosco. Respondens autem angelus dixit: Ne timeas maria spiritussanctus superueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Tunc dixit beata virgo. Ecce ancilla domini fiat mihi ꝟm verbum tuum. In his verbis creditur beata virgo filium concepisse. ¶ Item no. dicit in littera. votum ne timeas. Unde dicit beatus Gregorius ꝙ duplex fuit votũ beate virginis. vnum in corde reliquum in voce: Beata virgo votum fecit in templo ꝙ virginitatem suam vellet deo cõsecrare: ꝓpter hoc sacerdos templi fuit anxiat⁹ quia in veteri lege matrimoniũ preferebatur virginitati. Sed quia votum vouerat considerauit hoc non esse frangendum. Sed scdm votum fecit cũ ore: quãdo cum viro suo Joseph castitatem conseruare promisit. ¶ Item no. exquo hic fit mentio de angelica salutatione: tunc est sciendum ꝙ angelus in salutatione beate marie virginis sex fecit. Primo reuerenter eam salutauit dicẽs: Aue gratia plena dominus tecũ ⁊c. Scdo excellenter eũ cõmendat dicẽs: Benedicta tu in mulieribus ⁊c. Tertio eam dulciter commendat dicens: Ne timeas maria. Quarto legationem suam diligenter compleuit dicẽs: Ecce cõcipies ⁊ paries filium. Quinto modum legationis sue diligenter composuit dicens: Spiritussanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi: Sexto puerum nascendo cõmendat ⁊ describit dicens: Ideoqꝫ ⁊ qd ex te nascetur sanctum domini vocabitur. ¶ Item nota. Ista oratio que dicitur angelica salutatio tres habet partes. Primam partem incepit angelus gabriel. Aue gratia plena domin⁹ tecum benedicta tu in mulieribus. Secundã partez apposuit Elizabeth dicens: Et benedictus fructus ventris tui. Tertiam partem adiunxit ecclesia ob reue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

rentiam beate virginis apponens hoc nomen Maria. ¶ Item nota. ista angelica salutatio commendabilis redditur ex quattuor. Primo ex auctoritate illius a quo missa est. s. a deo. Scõo ex nuncio per quem transmissa est: quia per angelum gabrielem. Tertio per personam ad quam transmissa est: quia ad beatam virginem mariam. Quarto per modum commendationis: angelus enim salutando ipsam mariam tripliciter commendauit. Primo penes gratiam conuersationis dicens: gratia plena. Secundo penes excellentiam contemplationis dicens sic. Dominus tecum. Tertio penes prerogatiuum gratie singularis dicens: benedicta tu mulieribus. ¶ Pro terminis nota. Dissero est verbum transitiuum tertie coniugationis. ⁊ significat manifestare. Item differunt cominus et eminus. vnde. Eminus ad longe: sed cominus ad prope spectat.

Audit ⁊ suscipit puella nunciũ: credit ⁊ cõcipit ⁊ parit filium: sed admirabilem.

¶ Hic autor commendat beatam virginem in ratione credulitatis di. (puella) id virgo maria (audit et suscipit) id est percipit (nuncium) id est annunciationem angelicã (credit) scz verbis angeli (et) id est etiam (pariet) id gignit (filium) scz suum iesum christum (sed) pro tamẽ (admirabilem) scz nominatum.

Consiliariũ humani gñis ⁊ deũ fortium ⁊ patrẽ posteris in fide stabilem

¶ Cõsiliariũ humani generis) id est christianorũ (⁊ deũ fortium) scz hominuz (⁊ stabilem) id est firmũ (patrem posteris) scz successoribus (in pace) id est in tranquillitate.

Cui⁹ stabilitas nos reddat stabiles ne nos labilitas mundana labies secum precipitet.

¶ Cui⁹) scz patris (stabilitas) id est firmitas (reddat). i. det (nos) scz homines (stabiles) id est fortes (ne). i. vt nõ (mũdana labilitas) id est instabilitas (precipitet) id est cadere faciat scz nos (labiles) id est instabiles homines (secum) id est cum se: hoc est cũ mundana labilitate.

Sed datoz venie cõcessa venia p matrem gre optẽta gra ĩ nobis habitet

¶ Sed) pro tamen) datoz) id est tributoz (venie) id ẽ indulgentie (habitet) id est inhabitet (nobis). s. hoib⁹ (cõcessa) i. data (venia p mrem). i. p mariã. ⁊ hoc (obtẽta). i. cõsecuta (gra). s. diuina.

Qui nobis tribuat pctiveniam reatus diluat ⁊ donat pctriam in arce siderum.

(¶ Qui tribuat) id est donet (nobis veniã) id est indulgẽtiã (peccati. diluat) id est deleat (reatus) id ẽ peccata (⁊ donat) id est dat scz nobis (patriam). i. eternã vitam (in arce) idest in summitate (syderum) id est celi. ¶ Notandũ autor in littera tãgit duo. Primo promptitudinem credulitatis gloriose virginis Marie que statim credidit auditis verbis angeli domino. ⁊ ergo dicit beatus Gregorius. Beata es dei genitrix virgo maria que credidisti domino: quoniã perfecta sunt in te q̃ dis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

eta sunt tibi: Item Ber. Maria que credidit saluatorē mundi suscepit. Secundo tangitur hic mirabilis operatio iesu christi. Uñ ipse deus legitur esse mirabilis in sanctis ⁊ hominibus. In sanctis: qꝛ per eos multas opationes miraculosas ⁊ virtuosas fecit: sicut dicit̄ in euangelio. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur in nomine meo eijcient demonia etiā serpētes tollant. ergo dicit Ps̄. Mirabilis deus in sanctis suis. Scd̄o est mirabilis in hominibus. Unde legitur de quodam ep̄o quem dyabolus sepe temptauit qui tandem speciem mulieris cepit ⁊ episcopum in confessorē elegit dicēs se esse virginem castā et ꝓpterea de parentibus recessisse: quia noluit desponsari: sed virginitatem cōseruare. quē episcopus inuitauit. ⁊ dum in mensa sederet cum ceteris sacerdotibus episcopus equaliter temptationem dyaboli ꝟm concupiscentiam exarsit: qd̄ intelligens angelus domini in baptismo ei deputatus formam peregrini accepit stans ante ianuam episcopi petijt intromitti: qd̄ audiens dyabolus dixit: Non intromittatur nisi quodam enigma rarum dissoluat: qd̄ cum omnib⁹ placeret dixit dyabol⁹ mīstro. Dic ei ꝙ dicat vbi terra sit altior celo: qd̄ cuꝫ mīster dixisset angelo. Angelus respondit: vbi christus humanitatem assumptam de virgine super omnes celos tanq̄ peregrinam collocauit: quia carnis locus proprie est terra: qd̄ cum domini audissent mirabantur de subtili responso. Deinde dyabolus dixit: dicat ⁊ nobis vbi deus fecit maximum miraculū. Ad qd̄ angelus respondit in facie hominis: quia paruo spacio tot figuras speciales depinxit vt in toto mūdo non reperiuntur duo homines omnino similes in facie: qd̄ cū domini audiuissent magis mirati sunt de responso. Dyabolus respōdit: quia tāte sapientie est iste peregrin⁹ dicam sibi ocultuꝫ enigma: qd̄ si soluerit intromittatur. Dicat ergo nobis: que est distantia summi throni ad profundum inferni. Ad qd̄ angelus respondit: altitudinem celi nemo dinumerare potest: sꝫ hic qui questionē facit per se tantū spaciū dimensus est. s. cū lucifer ⁊ socij sui a celsitudine throni vsqꝫ ad profundum inferni proiecti sunt. Qd̄ audientes domini signo crucis se munierunt. Et dyabolus perturbatus fraudibus suis cum magno rugitu disparuit ⁊ recessit. Ecce in secundo enigmate patet qd̄ dictum est ꝙ deus est mirabilis in hominibus. ¶ Pro terminis nota. nuncium est nomē neutri generis: ⁊ dicitur sermo prius non auditus quem aliquis nuncius exponit. Sed posterius a um est nomen adiectiuum idem qd̄ vltimus deriuatū a ly post

Letabundus exultet fidelis chorus alleluya. Regē reguꝫ intacte profudit thorus res mirāda

¶ Hic autor describit alid̄ cāticum ob laudem ⁊ reuerentiam virginis marie compilatum. Et diuiditur in tres partes. In prima comendat beatam virginem hortando populum ad laudem eius. In scd̄a parte cōmendat beatam virginem hystorice In tertia parte cōmēdat eam prophetice. scd̄a ibi: Sicut sidus. tertia ibi: Esaias cecinit di. (Fidelis chorus) id est turba fidelium (exultet) id est gaudet (letabundus) id est similis letanti (alleluya) id est patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto. Ul' sic (Fidelis chorus letabundus exultet) id est decantat (alleluya) id est illd̄ canticum leticie. scꝫ est (miranda) id est mirabilis res (thorus) id est lect⁹ (intacte) scꝫ virginis marie (profudit) id est genuit (regem regum) id est christum dñm.

Angelus consilij natus est de virgi'

¶ Angelus cōsilij) scꝫ magni christus (est natus) id est geni

ne sol de stella. Sol occasum nesciēs stella semper rutilans semper clara.

tus (de ẋgie) scz maria (sol) id est xp̄s qui est verus sol. s. qui est natus (de stella). s. maris. i. de maria ẋgine (Sol) id est christus (nesciens) id est ignorās (occasum) scz sic perpetue (eternitat) stella) scz est (semper) id est omni tempore (rutilans) id est splendens (semper) id est in omni tempore (clara) id est lucida ⁊ fulgida. ¶ Notandum symeon ad laudē glorioſe virginis dixit hec verba. Adorna thalamū tuum syon. In quibus verbis beata virgo dupliciter cōmendatur. Primo ratione vite pacifice dum dicitur thalamum. Secundo ratione speculationis cum dicitur syon. Circa p̄mū nota. q̄ thalamū habet quinq̄ cōditiones quibus vterus beate virginis thalamo comparatur. Est eñ quiet⁹: securus: mundus: clausus ⁊ ornatus: ibi etiam custodienda reponuntur: sic vterus virginis glorioſe fuit quietus. Angel⁹ enī in annunciatione nō inuenit eam in strepitu mundi: sed in quiete thalami. Etiā fuit securus: quia secura fuit quādo dixit: quomodo fiet istud qm̄ virum non cognosco. Itē mundus castitate corporis ⁊ integritate mentis. Item fuit ornatus vnde p̄s. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate Item fuit clausus. vñ Ezechi. xliij. Hec porta clausa manet. Et alibi: virgo in partu: virgo ante partū ⁊ virgo post partum. Item in canticis: ortus cōclusus est dei genitrix. Item ibi reponūtur custodienda. vnde in euange. Maria conseruabat omnia verba hec conferēs in corde suo. Ecce qualiter thalamus ornatus est omniū virtutum varietate. Scō. beata virgo cōmendatur ratione contemplatiōis vel speculationis. ¶ Ubi nota syon interpretatur speculatio seu speculum: quia sicut mulieres in speculo vultus suos aspiciunt: sic anīa fidelis semper debet inspicere vitam ⁊ conuersationem beate virginis. vnde quadruplex est syon scz virginitatis. vnde p̄s. in persona beate virginis marie dicit: nunquid syon dicet homo: ⁊ homo natus est in ea ⁊c. sic est anima fidelis. vnde p̄s Benigne fac domine in bona volūtate tua syon id est in anima fideli. Item sacramentalis scz ecclesia militans. vñ p̄s. Te decet hymnus deus in syon. Itē supcelestis id est regnum celorum. vnde p̄s. Videbit deus deorum in syon id est in regno celorum. Tunc ad ꝓpositum dic. q̄ beata virgo dicitur syon ⁊ contemplata est tantas virtutes quibus thalamo comparatur. Ideo hec sequentia in laudem eius ⁊ honorem est compilata. ¶ Pro terminis nota. letabundus est nomen adiectiuum deriuatum a verbo letor aris. ⁊ significat similitudinem letandi. vñ⁹. Ous plenum notat: bundus similat: bilis aptat. Sed occasus ē nomen quarte declinationis masculini generis deriuatum a verbo occido dit cō ponitur ab oc ⁊ cado mutando b in c.

Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma. Neq̄ syd⁹ radio neq̄ virgo filio fit corrupta.

¶ Hic autor comparat beatā virginem ad radium solarem commendando eam ꝓphetice dicens (Sicut sidus) id est sol (profert) id est ꝓducit (radium) id est splendorem (pari forma) id est simili modo (virgo) scz maria. scz profert (filium) scz suum scilicet christum (Neq̄) id est non (sidus) id est sol (fit corrupta) id est violata (radio) d est splendore (neq̄ virgo) scz maria fit corrupta id est violata (filio). i. xp̄o.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Cedrus alta libani cõformatur ysopo valle nostra. Verbũ ens altissimi corporali passum est carne sumpta.

¶ Alta cedrus) id est talis arbor. christus (libani) id est illius montis (cõformatur). i. coaptatur (ysopo) id tali herbe. scz marie (valle nostra) id est in hoc mundo (verbũ) id ẽ filius dei (ens) scz existens (altissimi) id est dei (est passum) id est crucifixum: et hoc (sumpta corporali carne) id est humanitate. ¶ Notandum autor in littera tangit duplicem cõparationem. Primo comparat beatam virginez soli iusticie: quia sicut sol emittit radios suos ⁊ tamẽ non corrumpitur: Sic beata virgo genuit christum ⁊ tamen mãsit incorrupta. Item alia est cõparatio: quia sicut splẽdor solis pertransit vitrũ. ⁊ tamen non leditur nec offenditur: sic christus pertrãsiuit vterum beate virginis que tamẽ mansit incorrupta. Item alia comparatio sicut sol emittit splendorem suum super stercora et inquinata: et tamen ex reuerberatione non sordidatur. Sic beata virgo maria genuit filium: ⁊ tamen pariendo mansit incorrupta. Item alia similitudo sicut sol emittit splendorem suũ super bonos ⁊ malos: sic beata virgo peperit filiũ vt esset redemptor bonorum et malorum. Secundo autor comparat cedrum ad ysopum ⁊ hoc per natiuitatẽ christi iesu: quia christus in eo q̃ erat filius dei ipse assimilatur cedro ꝓpter altitudinem: quia nulla arbor crescit in maiorem altitudinem q̃ cedrus. Sed ꝓ passionez assimilatur ysopo. Unde ysopus est herba crescens in vallibus: ꝓ hoc designatur passio christi quã fm carnem hic in mũdo sustinuit tanq̃ in valle miserie que fuit ei nimis amara. Unde dicit in passione domini: ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimã ⁊ tu facta es mihi nimis amara.

¶ Pro terminis no. Cedrus est nomen secũde declinationis ⁊ est quedam species arborum. Sed libanus est proprium nomẽ montis. Sed ysopus est herba amari saporis. Et differunt ysopus ⁊ esopus. vnde ysopus est herba: sed esopus dat bona verba. Sed ens ponitur participialiter ⁊ formatur a verbo sum

Esaias cecinit synagoga meminit nunq̃ tamen desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versibus hec predicta.

¶ Hic autor cõmendat beatã virginem prophetice hortando populum ad fidem christianam dicens (Esaias) propheta (cecinit). i. prophetauit. s. christum nasciturum (synagoga) id est congregatio iudeorum vel iudea (meminit). i. recordatur (tamen) pro certo. sed (nunq̃) id ẽ nullo modo (desinit) id est desistit (esse ceca). i. incredula ⁊ infidelis) Si non credat) id est confidit (suis vatibus). i. est prophetis (vel gentilibus) scz vel (sibillinis versibus) id est versibus sibille scz (credat predicta) scz que sunt prophetizata per Esaiam.

Infelix propera crede vel vetera cur damnaberis gens misera.

¶ O (infelix). s. synagoga (propera). i. festina (crede) id est confide (vel vetera) id est peri O (misera gens) id est iudaica gens (cur) id est quare (damnaberis) id est vis damnari.

Natum considera: quem docet litte-

¶ Tu (considera) id est inspice (natum) id est xpm (quẽ lit

ra ipsum genuit puerpera

tera)id est theologia (docet) id est testatur(puerpera) id ē beata virgo Maria(genuit)id est peperit(ipsum)scz christum iesum. ¶Notā dum autor tangit hic in littera triplicem prophetiam per quam natiuitas christi est prophetizata. Primo tāgit prophetiam Esaie in quo dicit: Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabitur ⁊c. Unde huic prophetie credere noluerunt et ideo hoc articulo iudei hodie damnantur. Secundo tangit prophetiam Balaam qui fuit gentilis cuius asina perhibetur fuisse locuta. Ille dixit: orietur stella ex Jacob et consurget homo de israel. Tertio tāgit prophetiam Sibille que dum venit ad regem Salomonem volens ab eo audire sapiētiam. debuit trāsire flumium circa piscinam probaticam vbi lignum quoddam in transitu fuit positum: que dum videret lignum noluit pertransire lignum nec pedibus conculcare: Sed prophetauit q̄ in hoc ligno esset passurus rex regum dominus dominantium. ergo autor in littera dicit: si iudei noluerunt credere prophetijs iudeorum seu suis prophetis. credent tamen prophetis gentilium: quia eius incarnatio non solum a iudeis: sed etiam a gentilibus est prophetizata. ¶Secundo nota. autor hortatur populum infidelem ad fidem: ad insinuandum q̄ fides est multum necessaria ad eternam salutem. Et diffinitur sic ſm Jsidorum. Fides est qua veraciter credimus illud qō nequaq̄ videre solemus. Item beat⁹ Augustinus. Fides est iusticie fundamentum purgans a peccatis: mentes illuminans: homines reconsilians: spem future remunerationis inspirans. Et dicit beatus Augustinus alibi: Beatior fuit Maria fidem profitendo quam carnem christi concipiendo. ¶Pro declaratione terminorum nota. Synagoga dicitur conuentus iudeorum. Meminit est verbum defectiuum habens sub voce preteriti significationez presentis et preteriti. Sed desino est verbum absolutum tertie coniugationis compositum a de ⁊ sino. ⁊ habet desiui vel desij in preterito perfecto indicatiui ⁊ significat cessare. Sed sybillinus sybillina sybillinum est nomen adiectiuum a proprio nomine sybilla. Sed puerpera est nomen adiectiuum mobile et tamen in masculino genere ſm naturam puerperus non dicitur q̄uis voce formari potest. Ex isto patet q̄ aliqua nomina sunt defectiua ſm cursum nature.

VErbum bonum et suaue personemus illud aue per quod christi fit conclaue virgo mater filia.

¶Quoniam ipsa beatissima et oñi honore dignissima virgo maria multiplici laude cōdigna ꝓbatur. ergo autor describit aliud canticum in laudem beate virginis Marie cōpositum per quod docet nos salutare beatam virginem mariam angelica salutatione. Et diuiditur in duas partes principales. In prima parte hortatur nos ad salutandum beatam virginem. In secunda parte ponit salutationes quibus debemus salutare virginem gloriosam. secunda ibi: Aue veri salomonis. dicēs sic: Nos christiani(personemus)id est decantemus(illud suaue aue)id est illud suauissimum et dulce aue ⁊ bonum verbum scz(aue).i. bonam salutationē (per qō)scz aue id est per quam salutationem (virgo)scz maria(fit conclaue)id habitaculum seu cubile .s. fit(mater)id est genitrix(filia xp̄i)id est iesu.
¶Pro terminis no. Suauis est cōis gñis tertie declina. ⁊ hoc ue .i. benignus dulcis: delectabilis: iocūdus. Inde suauitas tatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 F 5

Per quod aue salutata mox concepit fecundata virgo dauid stirpe nata inter spinas lilium.

¶ Per qd̄ aue).i. ꝑ quā salutationē (virgo) .s. maria (nata).i. genita (stirpe).i. ꝓgenie (dauid).i. illiꝰ ꝓpħe existens (liliū).i. flos (inter spinas salutata).s. salutatiōe angelica (mox).i. statim (fecundata).i. fertilis.s. per v̄tutē spūssancti (cōcepit).s. filium. ¶ Notandū dicit p̄s. Gl̄iosa dicta sūt de te ciuitas dei. In quibus v̄bis beata v̄go cōmendat̄ dupl̄r. Primo rōne gl̄ie: cuz d̄r gloriosa. Scd̄o rōne pijssime defensionis: cū dicit̄: ciuitas dei. Circa primū nota: ꝙ beata v̄go d̄r gloriosa tribꝰ de causis. Primo ꝓpter plenitudinē gratie Uñ angelus dixit ad eam: Aue gratia plena. vnde beata virgo om̄ibꝰ sinū gratie aperuit. quare potest de ea dici qd̄ scribit̄ in Ecclesiastico: Magnificata est laude ⁊ glorificata est in virtute. Secundo ipsa d̄r gloriosa ꝓpter pulcritudinē charitatis. Unde ipsa loquit̄ de seipsa: Ego mater pulcre dilectionis: timoris: agnitionis: magnitudinis ⁊ sancte spei: quare dicit̄ de ea qd̄ scribit̄ Ecclesiastes primo: Generatio preterit generatio aduenit: terra aūt gloriosa manet ineternum Terra gloriosa.i. virgo maria illam terram credo: de qua dicit p̄s. Terra nostra dedit fructū suuz.i. maria peperit ih̄m xp̄m. Tertio dicit̄ gloriosa propter plenitudinē humilitatis: de qua d̄r in cantico suo: qꝛ respexit humilitatem ancille. hanc etiā humilitatem ostendit qñ dixit ad angeluz: Ecce ancilla domini fiat mihi ſm v̄bum tuū. ⁊ nō dixit mater summi regis: quare v̄bum p̄assum ptum de ea nunciatur. s. gloriosa dicta sunt. Secūdo beata v̄go commendatur ex pietate defensionis: qꝛ ciuitas dei est. Unde ciuitas dicit̄ quasi ciuiū vnitas ⁊ habet fieri ꝓpter firmam defensionē: vt dicit ph̄s in libro politicoꝝ: ꝙ aūt beata v̄go sit pia ⁊ copiosa in plenitudine ꝓtectionis: patet in diuersis miraculis. Uñ legit̄ ꝙ quidā diues miles ⁊ nobilis ordinē religionis intrauit: qꝛ lr̄as nesciuit: erubescentes monachi tam nobilem inter laicos deputari: dederūt ei magistrū si forte modicū addiscere posset: sed cum diu cū magistro fuisset ⁊ nihil q̄ hec duo v̄ba: aue maria: didicisset: hec diligenter obtinuit: ⁊ quicq̄d egit semꝑ dixit: aue maria: tandem iste moriebat̄ ⁊ in cimiterio cum alijs fratribꝰ sepeliebat̄: ⁊ ex sepulchro eius creuit speciosum lilium cuius quodlibet foliū habebat: aue maria inscriptū. currentes aūt oēs monachi ad tam grande spectaculum: siue miraculum terram de sepulchro effoderunt: ⁊ radicem lilij de oore defuncti procedere viderunt. Intellexerunt ergo vt cum illa duo verba cum deuotione dixerat: dominꝰ eum tantis honoribus illustrauit: ergo autor in sequentia hortat̄ nos vt illud aue maria repetamus. ¶ Item nota salutatio ꝑ quā incarnatio filij dei est nunciata: est verbum bonū ⁊ suaue. nam sicut antiquus serpens. id ē dyabolus decipit ꝑ malā suggestionem: ⁊ per fallacem ꝓmissionem: sic bonus angelus gabriel salutem generis humani marie annunciauit per oppositū ipsaz salutando. Primo benigne salutando dicens: aue maria. Secundo v̄o asserendo et ip̄am cōmendādo di. gratia plena. Tertia certa ꝓmittendo di. Ecce cōcipies ⁊ paries filiū. ¶ Itē nota in hac salutatōe q̄ angelꝰ mariā salutauit: ip̄e ab ea oēm timorē expulit. nā addidit: Ne timeas maria. Timuit em̄ eua a dyabolo decepta: maria v̄o nō: qꝛ sibi aue nunciat̄. timeant pctōres: sed maria non: qꝛ gratia plena: timeant a deo elongati: sed maria non: qꝛ dñs tecū: timeāt maledicti: sed maria nō: qꝛ bñdicta tu in mulieribꝰ. ¶ Itē nota de hoc ꝙ autor d̄t: mox cōcepit: ꝙ in vno ⁊ eodē instanti postq̄ maria cōsensum v̄bis angeli adhibuit:

